Alcaeus

Reliqu ae



ALCAEI MYTILENAEI

RELIQUIAE.



COLLEGIT ET ANNOTATIONE INSTRUXIT

AUG. MATTHIAE.

PRAEMISSA EST EPISTOLA AD V. MAGNIF.

C. G. L. GROSSMANNUM.

LIPSIAE 1827

SUMPTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGEL I.


LIBRARY
DEC 16 1966
UNIVERSITY OF TORONTO

EPISTOLA

AD

VIRUM MAGNIFICUM ET SUMME REVERENDUM

CHR. GOTTL. LEBR. GROSSMANNUM

SUPERINTEND. GEN. ALTENBURGENSIUM, ILL. GYMNASII FRIDERICIANI EPHORUM ET SOC. LAT. IENENSIS SOCIUM.

Quum nuper munerum scholasticorum felicem per viginti quinque annos decursum Ramshornio mihique gratulabare, statim cogitare et animo exquirere coepi, qua potissimum ratione tantam Tuam benevolentiam remunerarer. Neque enim satis esse videbatur verbis tantum gratias agere in re, quae omnium conspectui proposita erat, sed quum Tu, quam amico in nos animo esses, palam declarasses, me quoque palam gratum animum profiteri decebat. Itaque scribere aliquid de communibus litteris ad Te constitui; sed quum hoc non longo post tempore fieri conveniret, ne tarditas officii persoluti diligentiam memoris animi imminuere vel suspectam reddere videretur, dissertationem istam de Alcaei carminibus, quam ab aliquot annis paratam in scriniis servabam, maxime idoneam iudicavi, quam nunc de-

mum editam ad Te mitterem. Hoc igitur tanquam pignus accipias meae erga Te voluntatis et observantiae eius, quam Tibi non tantum pro necessitudine nostra debeo, sed etiam propter eximiam doctrinam Tuam atque humanitatem et animum ad egregia quaeque promovenda et adiuvanda promtum ac paratum libenter praesto. Eo enim maiore beneficio me a Te devinctum esse sentio, quod, quum proximis superioribus annis multa expertus essem, quae facta esse nollem, Tu animum iam diffidentem sibi et de fructu laborum per viginti annos summa cum fide et animi alacritate susceptorum desperantem primus erexisti et confirmasti, et de futuro etiam tempore bene sperare iussisti. Quae spes quantum ad successus cuiusque rei valeat, non opus est pluribus declarare; me quidem excitavit, ut, quae secundissimis rebus meis et inchoavi, et non sine approbatione idoneorum iudicum administravi, sedulo persequerer, *dum res et aetas et sororum fila trium patiuntur atra*, utque, Tuo fretus auxilio, quaecunque ad adolescentium curae nostrae traditorum non ingenia solum subigenda et excolenda, sed animum etiam et mores fingendos et emendandos pertinere arbitrabor, pristina cum fide et diligentia praestanda susciperem.

Sed, dum librum ad Te missum denuo perlustro, in mentem mihi venit vereri, ne hoc munus parum doctrina Tua dignum sit. Nihil enim amplius, nisi reliquias poetae, in variis scriptoribus dispersas, fortasse paulo diligentius, quam antea factum fuit, collegi, certa quadam ra-

tione disposui, et adiectis VV. DD. annotationibus illustravi, de meo nihil fere áddidi, vulnera autem, reliquiis illis ab ignorantia et negligentia librariorum inflicta nudavi magis et patefeci, quam sanavi. In quo illud tamen, quae Tua est aequitas, reputabis, plerumque ita laceras et omni nexu solutas esse, ut aliorum poetarum, sic Alcaei quoque reliquias seu fragmenta quae vulgo vocant, ut, quae earum sententia fuerit vel quod consilium vix queas dispicere. Itaque, quid scribi *potuerit,* saepius non adeo difficile est invenire, coniecturas, quae solido aliquo fundamento constitutae veri speciem habeant, proferre vix licet. Quare satis habui, ea, quae ab aliis ad has reliquias vel illustrandas vel emendandas collata erant, diligenter adscribere, ita ut de iis iudicandi potestatem aliis relinquerem, iisque qui haec lecturi essent opportunitatem offerrem nova quaerendi, quae saepe non tam assidua meditatione extunduntur, quam felici aliquo ingenii impetu et quasi afflatu effunduntur. Ordo autem fragmentorum, quem institui, secundum carminum genera ea disponens, facile fieri potest ut in eamdem reprehensionem adducatur, quam fragmentorem Pherecydis a me in Wolfii Analectis Tom. I. p. 321 sqq. tentata dispositio. Quam quum id agerem ut ex certis indiciis instituerem et profectus a fragmentis, quae cum libri nota a Grammaticis aliisve scriptoribus afferrentur, cum his ea conjungerem, quae vel e communi omnium vel e Pherecydis narratione *necessario* cum iis cohaerere viderentur, Sturzius tamen in nova fragmentorum Pherecydis editione

graviter me vituperavit, et me ad arbitrium meum ac libidinem rem administrasse conquestus est; quod judicium deinde alii, tanquam dictata decantantes, secuti sunt. In quo nescio utrum magis mirer, quodne iniuriam fecisse visus sim Seni Venerando supplendis iis, quae ab ipso vel praetermissa vel consulto relicta erant, an quod levitatis ac licentiae me insimulaverit in eo, in quo certam rationem et argumenta e re ipsa petita secutus esse mihi videbar; nam quod dicit, me ad dispositionem illam efficiendam locos scriptorum mutasse, hoc de duobus tantum locis valet, in quibus etiam aliorum scriptorum testimonia correctionem flagitabant; vid. Anal. p. 324 et 325. Supererant tamen nonnulla, quibus ex illis indiciis certus locus assignari non poterat. In iis disponendis me coniectura tantum aliqua, probabili quidem illa, at coniectura tamen duci non dissimulavi. vid. p. 323 sq. et 329. Sic patet ex his, quam *genus irritabile* sit non *vatum* modo, sed etiam philologorum.

Sed satis iam multa de me; Tua autem epistola ea etiam continet, quae de antiquis litteris, et deliciis non magis Tuis quam meis, Platone, sermocinandi largam materiam praebeant. In qua epistolae Tuae parte primum illud summa cum voluptate intellexi, si Tibi aliquando per gravissimas occupationes Tuas liceret, ad Platonis de republica libros tantum et doctrinae et acuminis conferre, quantum de nonnullis locis in epistola demonstrasti, fore ut tunc

demum editio eorum librorum prodiret, quae et divino illo ingenio et hodierna artis et criticae et grammaticae luce digna esset. Quo magis doleo, tam paulum Tibi otii contigisse, ut vix sperare liceat, Tibi, quae iam dudum de Platone commentatus es, ea digerendi et elaborandi potestatem datum iri. Sed non desperandum est; nam et Te consilium edendi Platonis nondum abiecisse, saepe ex sermonibus Tuis intellexi, et ne unquam abiicias, et quantum Tibi importunitas hominum fores pulsantium temporis concedat, id in opere illo perficiendo colloces et consumas, per si qua est in Te communes litteras iuvandi voluntas, quae summa est, peto et obsecro. Interea de locis iis, quos tetigisti, quaedam inter nos conferamus. In quibus si me nonnunquam dissentientem inveneris, non vereor, ne mihi succenseas; tantum enim abes ab eorum hominum vanitate et arrogantia, qui dissentientes alios indigne ferunt, et sibi soli sapere videntur, (quales homines fere sunt, qui quasi sellulariam factitant) ut alios etiam ad ea quae sentiunt, libere profitenda, etsi a iudicio Tuo abhorrentia, provoces, persuasum habens, nihil ulla in re profici posse, nisi sententiis in utramque partem dictis earumque argumentis probe perspectis et ponderatis.

Primus locus, de quo disputas, est in libro de republica sexto p. 497. E. *σκόπει δὲ καὶ νῦν ὡς προθύμως καὶ παρακινδυνευτικῶς μέλλω λέγειν, ὅτι τοὐναντίον ἢ νῦν δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου πάλιν ἅπτεσθαι*, in quo Bekkerus

octo codicum auctoritate motus *πόλιν* scripsit pro *πάλιν*, Tu autem *πάλιν* defendis; vim enim totius sententiae in eo esse, ut philosophiae studia *modo prorsus contrario*, regenda esse, ac tum temporis id fieri consueverat (*πάλιν τοὐναντίον* IV. p. 425. A. *πᾶν τοὐναντίον* VI. p. 498. B.) demonstret philosophus, non ut civitati hoc esse iniunctum officii, ut philosophiae studia tractet, denuo contendat. Quod etsi verissimum est, in eo tamen offendor, quod ea, quae copulata esse conveniebat, quaeque alibi proxime inter se coniungere solet Plato, *πάλιν τοὐναντίον*, tanto intervallo a se divulsa sunt; et sententiae vis, etiamsi *πόλιν* scribas, manet in voce *τοὐναντίον* eo ipso, quod ea primo loco posita est, et solere Platonem subiecti grammatici vocabulum loco pronominis continuo vel bis iterare, ut h. l. *πόλιν*, ipse monuisti. — Alter locus est de rep. X. p. 602. A. *χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ μιμήσει μιμητικὸς πρὸς σοφίαν περὶ ὧν ἂν ποιῇ*. ubi vulgatam tueris contra Bekkerum, qui e sex codd. scripsit *ὁ ἐν τῇ ποιήσει μιμητικός*. Equidem, quoties hunc locum legi, in illis verbis offendi; quum enim alibi Plato verba verbis eiusdem stirpis et originis explicare non soleat, nisi ubi verba eadem *ἐπεξηγήσεως* causa addita vim aliquam habeant, ita quidem, ut, si verba eiusdem generis addita tollas, alia substituenda sint, ut in locis a Te allatis omnibus, hoc loco verba *ἐν τῇ μιμήσει* mihi quidem otiosa esse eamque ipsam ab causam insignem in modum languida esse videbantur. Itaque scripturam a Bekkero receptam libenter amplexus sum, hanc etiam ob causam, quod librarius facilius ab *ὁ ἐν*

τῇ ποιήσει μιμητής, similitudine proxime sequentis vocabuli deceptus ad ὁ ἐν τῇ μιμήσει μιμητής aberrare potuit, quam contra, quum hoc legisset, ποιήσει pro μιμήσει scribere. Accedit, quod, quum Plato inde a p. 600. E. de *universa* μιμητικῇ disputasset, nunc ea ad partem eius seu speciem, τὴν ποίησιν, transfert: quod recte fieri non poterat, nisi vocabulo speciei posito, ἐν τῇ ποιήσει.

De loco Horatii Satyr. 2, 2, 29. nescio, rectene sententiam Tuam assecutus sim. Videris enim et *hac* et *illa* pro ablativis habere, quorum ille cum *carne* iungendus sit, hic e *magis* pendeat, magis quam illa; quod mihi quidem durissimum videtur. Deinde figura illa, quae *zeugma* vocatur, mihi quidem in sententiae membris pari tenore se comitantibus locum habere posse videtur, in iis quae inter se opposita sunt, ut hoc loco, *carne hac magis illa* captum, *imparibus formis deceptum*, non item. Quare equidem in vulgari interpretatione acquiesco, *quamvis hac carne* (gallinae) *nihil magis distat illa* (caro pavonina), *tamen disparibus formis* etc. *Nihil magis* Graeco more dictum accipio pro nihilo magis, οὐδέν τι μᾶλλον· nam *magis distare* pro *plus* dici non posse puto.

Habes meum, ut cum Cicerone loquar, de locis illis Platonicis, Grossmanne, *iudicium; quod aut sequere, si probaveris, aut Tuo stabis iudicio. In quo neque pugnabo Tecum, neque hoc meum unquam affirmabo verius esse quam*

Tuum. Potest enim non solum aliud mihi ac Tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri, nec in hac modo re, sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, aut quo iudicium meum dirigerem, quam id, quodcunque mihi quam simillimum veri videretur, quum ipsum illud verum in occulto lateret.

Altenburgi feriis Pentecostalibus

MDCCCXXVII.

DE

ALCAEI VITA ET CARMINIBUS.

Alcaeus Mytilenaeus floruit circa Olymp. XLIV. aequalis Sapphus [1]. Interfuit bello, quod Lesbii duce Pittaco cum Atheniensibus de Sigeo totaque Troade inde ab Olymp. XLIII. gerebant; in quo quanta eius opera fuerit, ex eo colligi potest, quod, quum in proelio aliquo superiore Atheniensium fortuna oppressus scutum abiecisset, Athenienses illud in Minervae templo in Sigeo dedicarunt [2]. Sed praecipue virtus eius enituit [3] in impugnandis tyrannis, qui deinceps Mytilenes imperium occupaverant, Myrsilo, Megalagyro, Cleanactida [4], aliis. Nam cum fratre Antimenide exsulibus Mytilenaeis praefuit, et ita cives vexavit, ut hi Pittacum ducem contra eos crearent [5]. Ita Pit-

---

1) Vid. Eusebii chron. ad Ol. XLIV. Cf. Strabo XIII. p. 917. B. Almel.

2) Vid. ad fr. IX. Cf. Corsini F. A. III. p. 65.

3) Athen. XIV. p. 627. A. *Ἀλκαῖος — μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος.*

4) Strabo l. c. C. vid. fr. III. IV. VII.

5) Aristot. Polit. III, 10. (c. 9, 5. ap. Schneid.), Dionys. Hal. V, 82. Miror Ianum, qui Comm. I. de Alcaeo ex illo philosophi loco narret p. 6., cum Alcaeus cum fratre Antim. exercitui Lesbiorum dux praeesset, cumque nonnulli, odio

tacum etiam et armis et conviciis aggressus est (vid. fr. V. VI.); a quo eum aliquando captum, sed incolumem dimissum narraverat Heraclitus [6]). Neque vero tyrannos insectatus esse videtur Alcaeus libertatis verae sincero amore incensus: nam nec Pittaco quisquam potestate ad se delata moderatius unquam usus est, qui imperium per decem tantum annos retinuit, republica ordinata sponte deposuit, et Alcaeus ipse a rerum novarum studio non abhorrebat [7]).

Quod Horatius de Lucilio ait, illum *velut fidis arcana sodalibus olim libris credidisse, quo factum, ut omnis vita senis veluti votiva descripta tabella pateret* [8]), idem de Alcaeo ex Aristoxeno narrat ad eum locum Acron, eum et Anacreontem libris suis vice amicorum usos esse [9]). Igitur quaecunque ei in vita accidebant, sive laeta, sive tristia, ea carminibus persequebatur, proeliorum discrimina et exsilii molestias, convivia et amores. Sed imprimis magni habebantur carmina ea, quibus proelia cecinerat, et suorum ani-

---

haud dubie commoti, retulissent sese elatius gerere, maioresque appetere res; en! subito, re incognita, auctore inprimis Pittaco, imperio se abdicare iussum, summamque rerum eidem Pittaco traditam.

6) Diog. L. I, 76. Cf. Valer. Max. IV, I. ext. 6.

7) Strabo XIII. p. 917. D.

8) Serm. II, 1, 30.

9) Cf. Synesius de insomn. p. 156. *τοσοῦτος ἄρα τοῦ μὲν αὐχμὸς, ἐπομβρία δὲ λέξεων τοὺς ἀνθρώπους κατέσχεν, ὡς εἶναι τινὰς, οἳ δύνανται λέγειν, οὐκ ἔχοντες ὅ τι δεῖ λέγειν, δέον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε καὶ Ἀρχίλοχος, οἳ δεδαπανήκασι τὴν εὐνομίαν εἰς τὸν οἰκεῖον βίον ἑκάτερος, καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην ὧν τε ἤλγησαν, ὧν τε ἥσθησαν κ. τ. λ.* quorum partem adscripsit Liebelius Comm. de Archil. p. 14. not. b. ut probaret, Arch. propter paupertatem Parum reliquisse et in Thasum emigrasse. Sed ejus rei nullum in eo loco vestigium reperio.

mos ad fortiter pugnandum excitaverat, quae *διχοστασιαστικά* appellat Strabo. Hinc Horat. carm. II, 13, 26. *Et te sonantem plenius aureo, Alcaee, plectro dura navis, Dura fugae mala, dura belli. Utrumque sacro digna silentio Mirantur umbrae dicere; sed magis Pugnas et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus.* Quo respiciens Quint. X, 1, 63. *Alcaeus,* inquit, *in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatus multum etiam moribus confert* [10]). Eodem praecipue spectare videtur iudicium Dionysii Halic. qui magnificentiam ac brevitatem, suavitatem cum summa vi, formas et figuras cum perspicuitate coniunctas, imprimis accommodatum de rebus civilibus dicendi genus in eo laudat [11]). Aliis carminibus conviviorum iucunditatem celebraverat; ad quae spectare videtur, quod Athenaeus narrat lib. X. p. 429. A. eum *μεθύοντα* carmina sua scripsisse, quod idem Horat. Epist. I, 19, 4. 5. de Homero, Ennio, aliis memorat; ita de Alcaeo etiam valet, quod Athenaeus ibid. de Anacreonte dicit, *ὅτι νήφων ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀγαθὸς ὢν προσποιεῖται μεθύειν, οὐκ οὔσης ἀνάγκης.* In carminibus convivalibus erant *σκόλια,* quo genere poesis excelluisse Alcaeum et Anacreontem iudicat Athen. XV. p. 693. F. Nec pugnat hoc eum eo, quod alii iudi-

10) Ad haec carmina pertinere puto *navigationem*, quod carmen scriptum ab Alcaeo narrant Porphyrion et Acron ad Hor. Carm. II, 13. cf. fr. XVI.

11) Tom. V. p. 421. ed. Reiske (p. 69. ed. Wech.): *Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχὺ, καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ τοὺς σχηματισμοὺς μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι κεκάκωται· καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος· πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον εἴ τις περιέλοι, ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν* (leg. *πραγματείαν* cum Spalding. ad Quint. l. c.). Locum Dionysii expressit Quint. l. c. De voc. *ἦθος* vid. Ernesti lexic. technol. gr. rhet.

cant, Alcaeum ad hoc levioris poesis genus non satis idoneum fuisse; scolia enim quum praecipue graves atque ad vitam et publicam et privatam regendam utiles sententias continerent, lyricam vim et spiritum maxime recipiebant. De ceteris carminibus convivalibus et de amatoriis valere puto, quod Quint. dicit l. c. *sed ad lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior* [12]), quocum consentit Iulian. in Misopogone [13]). Quamquam Sextus Empiricus eos, qui insano amore capti sint, et ebriosos, quum Alcaei vel Anacreontis carmina legant, magis etiam inflammari commemorat. Magis aptum eius ingenium ad hymnos fuisse coniicias, quamquam de his iudicium veteris scriptoris non exstat. Parvas eius et Sapphus strophas fuisse, quum Stesichorus et Pindarus ampliores periodos facerent, annotat Dionys. Halic. de struct. or. p 262. ed. Schaef. [14])

---

12) Sed dubia est loci lectio; quamquam mihi vix probabile est, in lectione cod. Turic. *sed et eius sit* latere hanc *sed et Teius sit*, hoc autem *Teius* a male sedulo librario e margine in contextum illatum esse (quasi vero *Teii* nomen notius fuerit librariis quam *Anacreontis*), eo autem denuo expulso legendum esse *Sed Anacreon lusit*, quam emendationem scilicet Sarpius commentus est. Vid. Frotscher. ad locum Quint. Potius librarius Turic. scribere voluisse videtur, quod in Voss. 1, 2. legitur, *sed et lusit.* Sic omnia egregie in Alcaeum conveniunt, minus in Anacreontem quod additur *maioribus tamen aptior.* Anacreontem autem omisit Quint. exemplo Dionysii, qui non magis Anacr. commemorat, quippe ad instituendum oratorem minus idoneum.

13) *Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ εἴληχεν ἐκ Μοιρῶν· Ἀλκαίῳ δὲ οὐκέτι οὐδὲ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν Μοῦσαν ἔδωκε θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέ αι.* Sextus Empir. adv. Math. I, 15, 298. p. 282. *οἱ ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες προσεκκαίονται.* De amoribus Alcaei vid. fr. XLIII.

14) *Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ — λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ*

nec video, cur non Alcaeum, poetam eundem et musicum, metri Alcaici inventorem habeamus. In structura autem orationis iudice Dionysio eminebat mediocritas ea, quae numeris et severis et iucundis temperata est [15]). Carmina eius in decem libros digesta erant a Grammaticis. vid. fr. XXXV.

Quae praeterea Alcaei carmina commemorantur, ad alium cognominem poëtam, non ad lyricum, referenda videntur. *Παρθενεῖα* quidem, quae nostro tribuuntur in Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 86. ed. Harl. a Plutarcho de music. p. 1136. non Alcaeo, sed Alcmani adscribuntur. *Ganymeden, Endymionem, Pasiphaën* Comici vel Tragici potius fuisse, ostendit Casaub. ad Athen. III, 24. p. 206.

Carminum Alcaei editiones memorantur ab Aristophane et Aristarcho factae ab Hephaestione p. 74. (p. 154. ed. Gaisf.) Cf. Villoison. Proleg. ad Hom. p. LIX. Schol. Aristoph. Plut. 253. Callias Mytilenaeus ὁ τὴν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος memoratur a Strab. XIII. p. 919. idem, qui ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ λεπάδος laudatur ab Athen. III. p. 85. F. Dicaearchus Messenius, Aristotelis discipulus ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου citatur ab Athen. III. p. 460. extr. XV. p. 668. E. p. 666. B. et Schol. Aristoph. Pac. 1243. Seleucum etiam de Alcaeo scripsisse, ex

---

Σαπφώ — μικρὰς ἐποιοῦντο στροφὰς, ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολὰς, ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγαις.

15) Dionys. Hal. de struct. 24. p. 372. ed. Schaef. ubi de Homero: *πᾶς γὰρ αὐτῷ τόπος, οὗ τις ἂν ἅψηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. Τῶν δ᾽ ἄλλων ὅσοι τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μεσότητα ἐπετήδευσαν, ὕστεροι μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ᾽ Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ᾽ ἄν· καθ᾽ ἑαυτοὺς δ᾽ εἰ θεωροίη τις αὐτοὺς, ἀξιοθέατοι, μελοποιῶν μὲν Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος κ. τ. λ.*

Athen. p. 450. C. D. colligit Fabric. Bibl. gr. sed potest illa explicatio petita esse e Seleuci Glossis. vid. Schweigh. Index auctorum. Chamaeleon autem Ponticus in libro de ebrietate Alcaei locum fr. XXXI. tractaverat, ut monuit Casaubon. ad Athen. X. c. 8. Horapollinis *ὑπόμνημα Ἀλκαίου* commemorat Suid. T. II. p. 760. et Dracontis Stratonicensis librum *περὶ τῶν Ἀλκαίου μελῶν* idem T. I. p. 626.

Fragmenta Alcaei aliquot primus collegit Mich. Neander Gnomologiae s. Aristologiae Pindaricae Basil. 1556. 8. subiecta p. 424. cum sententiis Simonidis, Anacreontis, Bacchylidae, Stesichori, Sapphus et Alcmanis. Successit H. Stephanus: *Carminum poëtarum novem, lyricae poëseos principum, fragmenta, Alcaei, Sapphus et nonnulla etiam aliorum. Cum latina interpretatione, partim soluta oratione, partim carmine.* 1560. 12. *Exc. Henr. Stephanus. — Editio II. multis versibus ad calcem adiectis locupletata.* 1566. 12. saepe Pindaro Stephani adiecta, sed ita ut novus paginarum ordo incipiat. — *Ed. III. ex H. Steph. recognitione quorundam interpretatione locorum et accessione lyricorum carminum locupletata. Lutet. ap. H. Steph.* 1586. 12. ad calcem Pindari. — *Ed. IV. H. Steph. recogn. quor. interpr. loc. et acc. lyr. carm. locupl. Exc. Paul. Stephanus* 1600. 12. ad calcem Pindari. Exstant etiam fragmenta haec Graecolat. ex H. Stephani collectione in Corpore poëtarum Graecorum. Genevae 1614. fol.

Multo plenior est collectio Fulv. Ursini. Eius editionem anni 1568. 8. usurpavi a Viro Ill. Blümnero e biblioth. senatoria Lipsiensi humanissime precibus meis concessam. Sed a Wyttenbachio ad Plutarchum, v. c. p. 292. memoratur etiam editio anni 1567. 12. quae eadem, puto, est, quam Fabric. B. Gr. T. II. p. 87. not. ll. Stephani vocat Plantinianam Antwerp. 1567. 12. Editionis prioris hic titulus est: *Carmina*

novem illustrium feminarum, Sapphus, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis, Anytae. Et lyricorum, Alcmanis, Stesichori, Alcaei, Ibyci, Anacreontis, Simonidis, Bacchylidis. Elegiae Tyrtaei et Mimnermi. Bucolica Bionis et Moschi, Latino versu a Laur. Gambara expressa. Cleanthis, Moschionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita. Ex biblioth. Fulvii Ursini Romani. Antverpiae, ex officina Christoph. Plantini. 1568. 8. In dedicatione ad Alex. Farnesium Cardinalem scripta, *cum iam viderem,* inquit, *a quibusdam eruditissimis viris atque eruendae e tenebris antiquitatis studio deditis huiusmodi fragmentorum parte quadam collecta et edito volumine vulgata, multa tamen in iis omissa, dignissima inprimis quae legantur, superesse, multa etiam non satis emendate scripta circumferri, visum est mihi, quae hactenus ab ipsis impressa fuissent, eadem ipsa primum, quo erant a me ordine collecta et scholiis indicata, qualiacunque essent, foras dare.* Et paulo post: *haec autem, quae nos in praesentia damus, cuiusmodi sint, iudicabunt ii, qui ea cum scriptorum codicibus, e quibus deprompta sunt, contulerint: nec enim uno aut altero, sed pluribus manuscriptis exemplaribus in huiusmodi fragmentorum collatione usi sumus, nec e vulgatis tantum scriptoribus, sed de non editis etiam pleraque descripsimus.* In collectione ipsa primum posuit testimonia veterum scriptorum, tum fragmenta metrica, denique ea, quae a scriptoribus pedestri orationi intertexta sunt, indicatis etiam locis iis, unde ista petita sunt. In scholiis ad calcem subiectis illustravit metrica tantum, et locos, unde desumpta sunt, demonstravit. Scholia in Alcaei fr. pertinent a p. 309 — 317.

Fragmenta lyricorum subiecta etiam sunt editioni Commelinianae Pindari: *Λυρικοί. Carminum poëtarum IX fragmenta, Alcaei, Sapphus, Stesich. Ibyci, Anacr.*

Bacchyl. Simonidis, Alcm. Pind. Nonnulla etiam aliorum. Cum latina interpr. Apud Commelinum 1598. 8. Vide de hac edit. Heynii Praef. ad Pind. p. 44.

Memoratur etiam haec editio: *Αἱ τοῦ Ἀνακρέοντος ᾠδαὶ καὶ τὰ τῆς Σαπφοῦς καὶ τὰ τοῦ Ἀλκαίου λείψανα.* Glasguae ap. Foulis. 1757. 1770. 8.

De Alcaeo poëta lyrico, eiusque fragmentis Comment. prima — — scripsit M. Chr. Dav. Iani. Halae 1780. 4. *Comm. altera.* 1781. *Comm. tertia* 1782. Continet tantummodo fragm. ab Athenaeo servata, nostrae editionis fragm. IV. XXVII. XXX. XXXI. XXVIII. I. Repetita est haec collectio cura Theod. Fr. Stange. Halae 1810. 8.

Tandem nuper Alcaei fragmenta denuo edidit Car. Iac. Blomfield in Musei critici Cantabrig. nr. III. [16]) De hac editione idem mihi dicendum est, quod de Stephaniana dixit Ursinus. Quum enim viderem, multa in ea omissa esse, etiam ex iis, quae iam Ursinus dederat, multas etiam Virorum doctorum notationes neglectas, operae pretium me facturum putavi, si ea, quae iam dudum collecta servabam, ederem.

---

16) translata inde a Gaisfordio in *Poëtas* minores graecos Tom. III. p. 915 sqq. ed. Lips.

I. ΔΙΧΟΣΤΑΣΙΑΣΤΙΚΑ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΙΚΑ.

I. Athen. XIV. p. 627. A. B. Ἀλκαῖος γοῦν ὁ ποιητὴς, εἴ τις καὶ ἄλλος, μουσικώτατος γενόμενος, πρότερα τῶν κατὰ ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος· διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν·

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη
λαμπραῖσιν κυνέαισι, κακτᾶν λευκοὶ καθύπερθεν ἵππιοι λόφοι
νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα, χάλκεαι δὲ πασσάλοις
κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ κνάμιδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς,
θώρακές τε νέω λίνω, καὶ κοῖλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημέναι·
πὰρ δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, πὰρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπαττίδες·
τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρώτισθ' ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. XXIV. p. 431. Iani p. 25. Metrum descripsi ad eam formam, quam indicavi in prolus. de Theocriti carm. XXIX. p. 6. not. probante Hermanno in elem. doctr. metr. p. 437.

— ⏓ | — ⏑ ⏑ — | ⏑ — | — ⏓ | — ⏑ ⏑ — | ⏑ — | ⏓ — ⏑ —

Sic etiam Gaisford. ad Hephaest. p. 313 sq. nisi quod hanc mensuram pentametrorum esse vult

— — — ⏑ | ⏑ — ⏑ — | — — — ⏑ | ⏑ — ⏑ — | — — ⏑ —

Ex mea descriptione necesse non est, v. 2. ἵππιοι cum Iani et Gaisf. mutare in ἵππειοι, v. 3. ἀγάλματα in τἀγάλματα (quod etiam a sermonis legibus alienum erat), ibid. χάλκεαι δὲ in χάλκεαι δ' αὖ. Prima μαρμ. δὲ μ. δ. χ. ex Athenaeo laudat Eustath. ad Il. ψ'. p. 1319. extr. ed. Rom. Pro δόμος Urs. οἶκος. Pro Ἄρει e MS. A. Ἄρῃ scripsit Schweigh. ad Athen. T. VII. p. 415. Gaisf. ad Heph. p. 313. et Blomf. quam formam libri habent etiam Il. φ', 431., sive ex Ἄρεω, Ἄρῃ, ut προφήτεω, προφήτῃ, sive ex Ἄρηι, factam, et in usu fuisse colligas ex Eustath. ad Il. ε', p. 518, 26. κλίνεται δὲ καὶ ὡς σπονδειακὸν, Ἄρης, Ἄρου, Ἄρεω. cf. ad Il. σ', p. 1133, 15. Ἄρει s. Ἄρῃ, *in Martis honorem* recte interpretatur Iani. V. 2. λαμπραῖσιν. ν addidit Iani. καττᾶν, κατὰ τῶν i. e. καθ' ὧν. V. 4. κρυπτοὺς πασσάλους recte explicat Iani *occultos*, quatenus armis suspensis teguntur, ita ut nullus clavus nudus aut vacuus sit. Ibid. κναμίδες pro κναμῖδες ex ed. Cas. et cod. A. dedit Schweigh. et sic iam Ursin. Debebat κνάμιδες. Nam οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῖν ὀξύτονον αὐτοὶ βαρύνουσι, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων, ut ait Herodian. in Hortis Adon. p. 413, 20. citatus Koenio ad Greg. Cor. p. 617. ed. Lips. — ἄρκος ex ed. Ven. et Basil. et membranis suis scripsit Schweigh. et Gaisf. l. c. Hesych. ἄρκος, ἄρκεσμα, βοήθεια. — ἰσχυρῶ βέλευς membr. pro ἰσχυροβελές, pro quo Valck. ad Eurip. Phoen. p. 291 b. coniiciebat ἰσχοβελές. Blomfield rec. Iani coni. ἰσχυρὸν βέλευς. — V. 5. νέω λίνω pro νέῳ λίνῳ est ex emend. Casaub. Ursin. νεώλινοι. In sqq. καί addidit, τε in δέ mutavit et κατ' ἀσπίδες scripsit Iani. Sed καὶ — δέ num apud antiquiores legatur, recte dubitare videtur Porson. ad Eur. Or. 614. An: κείαται δὲ κατ' ἀ. β.? V. D. in Ephemerid. Ien. a. 1806. nr. 249. κολλαταί τε κατ' cum βεβλημέναι iungen-

dum: sic enim cod. A. excerpta Casaub. etiam Ursin. pro *βεβλημένον*, quod Casaub. mutare volebat in *βεβλημένων*, *occisorum*, adstipulante Iani. — V. 6. *Χαλκιδικαὶ σπάθαι* illustravit Casaub. ad Athen. Ursin. *χαλκίδι καὶ σπ. Κυπαττίδες*. Pollux VII, 60. *ὁ κύπασσις λίνου πεποίητο, σμικρὸς χιτωνίσκος ἄχρι μέσου μηροῦ*. Vid. Toup. ad Suid. I. p. 573. Iacobs. ad Anal. Br., I, 2. p. 59. — V. 7. *λαθέσθ'* pro *λαθέσθαι* dedit Iani, idem in eo falsus quod *ὑπ' ἔργον* contra metrum scripsit. Erat *ὑπὸ ἔργον*. Sic etiam Gaisford. ad Heph. p. 314.

II. Heraclid. Pont. de alleg. Hom. p. 15. ed. Schow. (p. 413. ed. Gale.): *ἐν ἱκανοῖς δὲ καὶ τὸν Μυτιληναῖον μελοποιὸν εὑρήσομεν ἀλληγοροῦντα· τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξουσίας χειμερίῳ προσεικάζει καταστήματι θαλάσσης, ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν·*

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλαν·
πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη,
καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
χαλᾶσι δ' ἄγκυραι — — — —

τίς οὐκ ἂν εὐθὺς ἐκ τῆς προτρεχούσης περὶ τὸν πόντον εἰκασίας ἀνδρῶν πλωϊζομένων θαλάττιον εἶναι νομίσειε φόβον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει· Μυρσίλος γὰρ ὁ δηλούμενός ἐστι καὶ τυραννικὴ κατὰ Μυτιληναίων ἐγειρομένη σύστασις.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. II. Elaborarunt in hoc fragmento emendando Casp. Barth. ad Claudian. p. 735. D. Heinsius ad Sil. Ital. X, 325. Iacobs. ad Anal. Br. I, 1. p. 393. Hermann. elem. doctr. m. p. 688. Deest unus versiculus ab initio. V. 4. Ursin. *μεγάλῳ κάλα*, i. e. *τὰ τῆς νεὼς ξύλα*, ut in notis p. 314. interpretatur. Herm. *χ. μ. μεγάλῳ κάλων*. „*Κάλων* reposuit

Blomfieldius, dissimulans, ut videtur, ducem sibi fuisse Schowium." Hanc lectionem Blomf. confirmat loco Horatii *nonne vides — ut malus celeri saucius Africo Antennaeque gemant, ac sine funibus vix durare carinae possint imperiosius aequor? non tibi sunt integra lintea.* Valcken. ad Ammon. p. 114. coni. *κοίλαν πὰρ μὲν γὰρ ἄ. ἱ. ἔ.* contra metrum, quod spondeum in hac sede non recipit. Iacobs. tentabat *καλὰν πρύμναν ὅ γ' ἄντλος χ' ἱστοπέδαν ἔχει.* Blomf. v. 5. malit *πᾶσαν γὰρ ἄ.* Hermann. (*κάλων·*) *πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστ. ἔχει, πὲρ* pro *περί*, ut in fragm. LXXXI. Idem in *Handb. der Metrik* p. 225. nihil mutandum iudicaverat. Verum mihi quoque videtur Schowii et Blomf. *κάλων·* nisi sic locum accipere malis: *ἄντλος* (aqua marina, quam fluctus agitati in navem involvunt. Aesch. S. c. Th. 798. *Iac.* vid. Hemsterh. ad Lucian. Tim. §. 4. extr. T. I. p. 541. Bip. Minus recte Elmsley ad Eur. Heracl. 169. de ea navis parte accipit, quae postea *κοίλη ναῦς* sive *κοιλία* appellata sit.) *ἔχει τὴν νῆα* (*obtinet navem*) *παρὰ* vel *περὶ καλὰν ἱστοπέδαν.* Brevem syllabam post pedem secundum Alcaeus habet etiam fr. XXIX. *προκόψομες γὰρ οὐδ.* et XV. p. 695. A. *εἴ τις δύναιτο,* ⏓ — ⏑ — ⏓. De *ἱστοπέδη* vid. Valck. ad Amm. l. c. V. 6. *ζάδηλον* Gale, Gaisf. ad Heph. p. 356. Blomf. Herm. *ζάδ.* aeolicum est pro *διάδηλον.* v. Etym. M. p. 407, 7. 19. 29. Blomf. citat Sapph. fr. p. 23. Quid tamen h. l. sibi velit *ζάδηλον*, fateor me nescire; neque enim esse potest nostrum *durchsichtig.* Itaque magis placet, quod Barth. Heinsius, Bentl. ad Horat. p. 709. dederunt *ἄδηλον*, quod Barth. interpretatur: *velum non amplius apparet, ita totum laceratum est, ut velum fuerit nec ne, non amplius dignosci queat.* Iacobs. coni. *ἄχρηστον*, dubitanter tamen. *χαλᾶσι* pro *χολαῖσι* dedit iam Ursin. Carminis huius allegoriam imitatus est Horat. Carm. I, 14. ubi nostri fragm. non

oblitus est Mitscherlich. Similem vid. in Theognideis v. 671 sqq. Bekk.

III. Heraclid. P. ib. (p. 15. ed. Sch.): *ὁμοίως δὲ τὰ ὑπὸ τούτου (Μυρσίλου) αἰνιττόμενος ἑτέρωθί που λέγει·*

τὸ δὲ εὖγε κῦμα τῷ προτέρῳ νεομωστίχει,
παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολλὴν ἄντλην.

ἐπεὶ καὶ ναὸς ἐμβαίνει κατακόρως ἐν ταῖς ἀλληγορίαις ὁ νησιώτης θαλλασσεύει, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν διὰ τοὺς τυράννους ἐπεχόντων κακῶν πελαγίοις χειμῶσιν εἰκάζει.

Ursin. ib. Blomfield. hoc fragmentum cum superiore coniungit. At si eiusdem carminis esset pars, vix Heracl. dixisset *ἑτέρωθί που λέγει.* V. 1. Ursin. *τῷ προτέρ ὠνέμῳ στίχει*, ut in Heracl. MS. legi narrat. Iacobs. ad Anal. Br. I, 1. p. 595. hunc versum ita constituit: *τὸ δ' αὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεωρὲς στείχει.* Septem prima verba sese emendare non posse ingenue fatetur Elmsleius ad Eurip. Heracl. 169. in altero legens *πόνον πολὺν ἀντλῆν.* „*Ἀντλῆν* videtur Aeolicum esse pro *ἀντλεῖν.*" At res minimi laboris esse videtur V. D. qui Observationes in Elmsl. ed. Heracl. dedit in Diario classico (*classical journal*) n. 16. p. 595. „Pro *εὖγε* citat Gaisford. ad Hephaest. p. 336. *εὖτε.* lege igitur *τόδ' ὑψὶ κυμάτων ἑτέρων μένος Στείχει.* Hesych. *ὗψ μεῖζον μετέωρον ἄνω ὑψηλοῦ.* Respicit Alcaeus ad Hom. Il. *λ'*, 307. *πολλὸν δὲ τροφὶ κῦμα κυλίνδεται.*" De *τ* et *ψ* permutatis vid. Porson. ad Med. 553. in Addendis." Gaisford. ad Heph. p. 336. versus ad metri saltem formam sic apte redigi posse censet: *τόδ' εὖτε κῦμα τῷ προτερὠνέμῳ Στίχει παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολὺν Ἄντλον.* hactenus recte, quod metrum Alcaicum esse vidit, et quod *τόδ'* pro *τὸ δ'* scripsit; Blomfield. *τόδ' αὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ ὀμὸν Στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολὺν Ἀντλῆν.* cf. *Quarterly rev.*

nr. 18. p. 556. Herm. in elem. doctr. metr. p. 688. sic scribit:

τόδ' αὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ νέον
ὁμοστιχεῖ . . παρέξει δ'
ἄμμι πόνων πολὺν . . ἀντλῆν.

V. D. in *Class. j.* l. c. „Mox lege *σδάλην* i. e. *ζάλην,*" pro *ἀντλῆν*, puto. „Recensuerat forte poëta primum ac secundum fluctum et deinceps tertium *τῆς τρικυμίας.*" Blomf. „Alcaei locum respexit fortasse Schol. Pind. Isthm. I, 52. *καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει.*" V. D. in *Class. j.* l. c. At Blomf. p. 428. in eo scholio legendum esse contendit *Αἰσχύλος* pro *Ἀλκαῖος*, quia Aeschyli ea locutio sit Prom. 1051. (1023) *οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος.* Quasi vero, quod Aeschylus dixit, nemo ante eum dicere potuerit! In illo scholio sequuntur haec: — — *λέγει τῇ φυγῇ· κοινὸν γὰρ ἡ συντυχία.* Heyne addendum suspicabatur *ἐπί*, *ἐπὶ τῇ φ.* Possis etiam *ἐν τῇ φυγῇ*, ut revera Alcaei illa dictio esse videatur. Est vero apud Ursinum p. 108.

IV. Athen. X. p. 430.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν
πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

Ursin. p. 100. Blomf. nr. IV. Iani p. 9. In Athenaeo v. 2. leg. *πονεῖν*. *πίνειν* emendatio est Ursini p. 511. et Casaub. Sed V. D. ap. Aemil. Portum ad Lyricor. fr. (Heidelb. ap. Commel. 1598.) coniiciebat *καὶ χθόνα πρὸς βίαν παίειν* propter imitationem Horatii Carm. I, 37. *nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus* [17]. Hanc coniecturam sequuntur Iani et Blomf. Quod dicit Iani, post *μεθύσκειν* languidum sane *πίνειν,* etiam *πρὸς βίαν πίνειν,* illudque *πρός τινα βίαν πίνειν*

---

17) quam coniecturam probat Porson. Adv. p. 103. ed. Lips.

prorsus frigidum, id nihili est; neque enim iungenda sunt *πρός τινα β. π.* sed *νῦν χρή τινα μεθ. καὶ πρὸς βίαν πίνειν,* eo sensu pronom. *τις,* quo Herod. VIII, 109. dixit *καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω,* ubi Valck. hunc Alcaei locum explicat. Vid. Gramm. gr. §. 487. 2. et *πρὸς βίαν π.* est *invitum, coactum bibere,* ut Soph. ap. Athen. X. p. 428. A. *τὸ πρὸς βίαν πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.* cf. Aristoph. Ach. 73. non *violentius bibere,* ut Grotefend. vertit apud Schweigh. Anim. T. V. p. 412. Potuit etiam Horatius suum *nunc pede libero pulsanda tellus* ex iis, quae sequebantur ap. Alcaeum, haurire, ut monuit Herm. elem. doctr. metr. p. 688 sq. Ceterum Blomf. *μεθύσκην — παίην.* Etym. M. p. 542, 22. *τὸ δὲ λέγειν καὶ φέρειν οἱ Αἰολεῖς λέγην καὶ φέρην λέγουσι διὰ τοῦ η.* Koen. ad Greg. de dial. Aeol. §. X."

V. Aristot. Polit. III, 10. *δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακὸν ἔν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν· ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι*

τὸν κακοπάτριδα
Πιττακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος
ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῦντες ἀολλέες.

Ursin. p. 107. Blomf. nr. XXIII. Sic descripserunt et emendarunt hos versus Gaisford. ad Hephaest. p. 310. Blomf. Friedemann. de media syll. pentam. eleg. p. 334. *ἀχόλω* iam Ursin. dedit. In Aristotelis exemplaribus legitur *ἀσχόλω* et *ἐπαινέοντες.* (Fried. *ἐπαινοῦντες*). Ad *ἐστάσ. τύρ.* Friedem. laudat Musgr. ad Soph. Antig. 666. Herod. V, 42. Ad ultima respicit Plut. Amat. p. 763. E. Tom. IV. p. 61. Wytt. quem iam cit. Ursin. *κοινῇ τὸν Ἔρωτα συνεγγράφουσιν εἰς θεοὺς ποιητῶν οἱ κράτιστοι καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων ἀθρόαι φωναί, μέγα ἐπαινέοντες, ὥσπερ ἔφη τὸν Πιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος αἱρεῖσθαι τοὺς Μυτιληναίους τύραννον*

VI. Diog. Laert. I, 81. de Pittaco: τοῦτον Ἀλκαῖος σαράποδα μὲν καὶ σάραπον ἀποκαλεῖ διὰ τὸ πλατίπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὼ πόδε, χειροπόδην δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ἃς χειρίδας ἐκάλουν, γαύρικα δὲ ὡς εἰκῆ γαυριῶντα, φύσκωνα δὲ καὶ γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν, ἀλλὰ μὴν καὶ ζοφοδορπίδαν, ὡς ἄλυχνον, ἀγάσυρτον δὲ ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ῥυπαρόν.

Ursin. p. 107. Omisit Blomf. Exscripsit hunc locum Suidas in σαράπους. Galeni gl. Hippocr. σαράπους ἡ διασεσυρότας καὶ διεστῶτας ἔχουσα τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. Ductum esse παρὰ τὸ σαίρειν τοῖς ποσί, quia pedibus tanquam scopis verrant pavimentum, ostendit Graevius in lect. Hesiod. — Hesych. χειροπόδες, ῥαγοπόδες. Pollux II, 152. χειροπόδες, οἱ τοὺς πόδας κατεῤῥηγμένοι. — Pro γαύρικα Menag. ad Diog. malit. γαύρηκα. Hesych. γαύρηξ, ὁ γαυριῶν. — Hesych. φύσκων γάστρων, παχύς. Pollux II, 175. τὸν δὲ Πιττακὸν Ἀλκαῖος γάστρωνα καλεῖ. — Plutarch. T. II. p. 426. B. Tom. III. p. 994. ed. Wyttenb. ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πιττακὸν ζοφοδορπίδαν ὁ Ἀλκαῖος, ὡς ὀψὲ δειπνοῦντα, λέγεται προσειπεῖν, ἀλλ' ὡς ἀδόξοις τὰ πολλὰ καὶ φαύλοις ἡδόμενον συμπόταις. Hesych. ζοφοδερκέας (MS. ζοφοδερκίας. Leg. ζοφοδορπίας,) σκοτόδειπνος, λαθρόφαγος (Sic MS.), ubi vid. Interpr. Ad rem Strabo XIII. p. 617. (917. Almel.) Ἀλκαῖος μὲν οὖν ὁμοίως ἐλοιδορεῖτο καὶ τούτῳ (Πιττακῷ) καὶ τοῖς ἄλλοις, Μυρσίλῳ καὶ Μεγαλαγόρῳ (Μελάγχρῳ em. Simson. Chron. ad Ol. 42, 1.), καὶ τοῖς Κλεανακτίδαις καὶ ἄλλοις τισὶν, οὐδ' αὐτὸς καθαρεύων τῶν τοιούτων νεωτερισμῶν.

VII. Hephaest. p. 46. ed. Pauw. p. 80. ed. Gaisf. ubi de metro Alcaico:

Μέλαγχρος αἰδῶς ἄξιος εἰς πόλιν.

Blomfield. n. VII. Melanchrus Mytilenae tyrannus a Pittaco interficitur. Diog. L. I, 74. οὗτος, (Pittacus,) μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν Μέλαγχρον καθεῖλε

τὸν τῆς Λέσβου τύραννον. Suid. in v. Πιττακός. Alcaeus Pittaci inimicus haec in laudem Melanchri scripsisse videtur. Vide D' Orvillii Vann. crit. p. 459. et Bentleium Dissert. Phalarid. p. 53. ed. 1699. (p. 165. ed. Lips.)" *Hotchkis* ap. Gaisf. αἰδῶς i. e. αἰδοῦς scripsit Gaisf. secutus Vossium ad Catull. p. 118. et D' Orvill. l. c. Moschus id. 6, 1. ἤρα Πὰν Ἀχῶς. Cf. Gramm. gr. §. 79, 3. Huc fortasse spectat Scholion Victor. et Townl. ad Il. χ', 332. ab Heynio T. VIII. p. 310. editum: σῶς, τινὲς ἐκ τοῦ σόος. ἀλλ' ἔδει σοῦς. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σαός. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὰ δύο οο εἰς ω συναλείφει. Quae sequuntur, de iis vereor, ut recte Heyn. iudicaverit. Melanchrum interfectum narrat Suid. Ol. 42.

VIII. Strabo XIII. p. 617. (917. Almel.) de Mytilene urbe: ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακὸν, ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντιμενίδαν, ὅν φησιν Ἀλκαῖος Βαβυλωνίοις συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν ἆθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ῥύσασθαι, κτείνοντα ἄνδρα μαχαίταν, ὥς φησι, βασιλήων παλαιστὰν, ἀπολιπόντα μόνον ἀνίαν τ' ἀχέων ἀποπέμπων.

Ursin. p. 107. Blomf. post fr. LXXXVI. p. 444. (335. Lips.) qui ita versus restituere posse sibi visus est:

τέλεσεν μέγαν ἆθλον,
κὰκ πόνων σφ' ἐρύσατο,
κτείνων ἄνδρα μαχαί-
ταν, βασιλῆα παλαιστὰν,
ἀπὸ λοιγόν τ' ἀμύνων
ὀνίαν τ' ἀχέων ἀποπέμπων.

ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνων ex Il. α', 67. ὀνίαν pro ἀνίαν, ut in fragm. LXXII. Orationem rectam fuisse, ubi Strabo infinitivos posuerit, vel ex ultimo ἀποπέμπων patet. Ego choriambici metri reliquias agnoscere mihi vi-

decr: *κτείνοντ' ἄνδρα μαχαίταν βασιλήων* (f. *τε* add.) *παλαιστὰν* etc. De Antimenida etiam Diog. L. II, 46. ex Aristot. libr. III. *περὶ ποιητῶν*.

IX. Strabo XIII. p. 600. (895. Alm.) *Πιττακὸς δ' εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα στρατηγὸν διεπολέμει τέως διατιθεὶς καὶ πάσχων κακῶς· ὅτε καὶ Ἀλκαῖος φησὶν ὁ ποιητὴς ἔν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυτὸν τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν. λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα, κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί.*

Ursin. p. 103. a vv. *ἔνθα δ' οὐκ* etc. Blomf. nr. LVI. Illustrantur ista loco Herodoti V, 95. *πολεμεόντων δέ σφεων, παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγίνετο ἐν τῇσι μάχῃσι, ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι, καί σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μυτιλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωυτοῦ πάθος Μελανίππῳ ἀνδρὶ ἑτάρῳ.* Hinc sententia certe Alcaei perspicitur; verba et numeri vix restitui possunt, quum Strabo nonnulla tantum ex Alcaei carmine excerpsisse videatur. Casaub. em. *Ἀλκαῖος ὡς σῶος ἄροι. σῶος* deest in Escur. notante Falconerio ad Strab. T. II. p. 864. (vid. Friedem. de med. syll. pent. p. 335.) pro eo *σόος* Paris. 1. In Herod. II, 181. V, 96. VIII, 39. codd. servarunt *σόος*, quum ederetur *σῶος*. Maior dubitatio in sqq. Wessel. ad Herod. coni. *Ἀλκαῖος σῶος, ἄρ' οἱ ἔντεα δ' οὐχ*, (*salvus est Alcaeus, non item arma eius*) *αὐτὸν τὸν ἀλκετῆρα ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί, ἀλκετῆρα*, clypeum periculi propulsatorem intelligens; in quo soloecum *ἄρ' οἱ ἔ. δ' οὐχ* excidisse miror V. D. Valcken. ib. *Ἀλκ. σῶος ἂρ εἴη 'νθάδ. οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἀλεξητήριον* (*corporis munimentum, τὴν*

ἀσπίδα) ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. de metro securus; nec *οὐκ αὐτόν* quomodo in hac verborum iunctura stare possit, intelligo. Pro *ἄροι* Paris. 1. et Moscov. *ἄρει*, quod arripuit Villebrunius ap. Falcon. et Blomf. sed non video, quomodo servatus Marti (sic Villebr.) dici possit, qui e proelio aufugit. An *ἄροι* est ab *αἴρω*, ut dicitur *αἴρειν πόδα*, *abire?* Tum Paris. 5. *οὐ κεῖται τὸν ἁλ.* Escur. *οὔχι τὸν ἁλ.* Paris. 1. *ἁλυκτορήν.* Hoc secutus Villebr. coni.: *Ἀ. σῶος ἄρει, ἐνθάδ' οὐ κεῖται· τὸν δ' ἁλυκτορὴν ἐς Γλαυκωπὸς ἱ. ἐκρ. Ἀ. ἁλυκτορὴν* ab *ἀλύσκω* derivasse videtur. Casaub. ad Strab.: „An *ἀλεκτορίν* vocat galeam, quae *λόφον* habebat, ut gallinae suam *λοφιὰν* habent?“ *τὸν λόφον τῆς περικεφαλαίας* ita dictum esse testatur Etym. M. p. 59, 26. Sed quin clypeus hic intelligendus sit, dubitare non sinunt Herod. et Strabo. An ab *ἀλέω* (unde *ἀλεύω, ἀλεείνω, ἀλύσκω*) *ἀλέκω* fieri potuisse dicamus, ut *ἀλκτήρ*, sic *ἀλέκτωρ, ἀλεκτορὶς*, *munimentum corporis ad propulsandos ictus idoneum*, i. e. *ἀσπίς.*? Tandem Escur. Moscov. Paris. 5. addunt *ὃν* ante *ἐκρέμασαν*, quod addi volebat etiam Casaub. Ursin. *ἀνεκρέμασαν.* Blomf. coni. *Ἀλκαῖος σῶος Ἄρει, ἔντεα δ' οὐκ αὐτοῦ* (vel *ἔντεα δ' οὐ καὐτὰν*) *Τὰν ἀλεκτορὶν ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν κρήμνασαν Ἀττ.*

X. Strabo XIV. p. 661. (976. B. Alm.) de Caribus: *τοῦ δὲ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τοὺς λόφους. Ἀνακρέων μέν γε φησίν· Δία δεῦτε Καρικὸν εὐεργέος ὀχάνου χεῖρα τιθέμεναι.* (Fisch. p. 403.) *ὁ δ' Ἀλκαῖος· λόφον τε σείων Καρικόν.*

Ursin. p. 103. Blomf. nr. XIV. XLVII. Eustath. ad Il. *β'*. p. 367, 23. *δοκοῦσι δὲ καὶ εἰς ὁπλισμὸν συνεισενεγκεῖν τι οἱ Κᾶρες· τὰ γοῦν ὄχανα τῶν ἀσπίδων Καρικὰ λέγεται καὶ οἱ λόφοι. φησὶ γοῦν Ἀνακρέων, καρικοεργέος*

ὀχάνου, καὶ Ἀλκαῖος, λόφον σείων Καρικόν. Verba λόφον τε σείων Καρικὸν initium faciunt strophae Alcaicae, omisso ultimo dactylo vel cretico. Ursinus p. 315. citat Herod. I, 171. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες.

XI. Aristides Tom. II. p. 207. ed. Iebb. μόνος δέ μοι δοκεῖ πάντων ἀνθρώπων ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις δεῖξαι Θεμιστοκλῆς ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο, ὡς οὐ λίθοι οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἰσὶν, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες, αὐτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα τείχη καὶ πόλεις.

Omisit Blomf. Eodem respexit Arist. T. I. p. 555. δι' ἃ πάντα χρὴ καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐνεγκεῖν ὡς πρᾳότατα, καὶ τῶν δευτέρων ἐῤῥωμένως ἀντέχεσθαι, καὶ τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι, οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι, οὐδὲ στενωποί τε καὶ νεώρια ἡ πόλις, ἀλλ' ἄνδρες χρῆσθαι τοῖς ἀεὶ παροῦσι δυνάμενοι. Cf. Plato Alcib. I. p. 134. B. (T. V. p. 67. Bip.) οὐκ ἄρα τειχῶν, οὐδὲ τριήρων, οὐδὲ νεωρίων δέονται αἱ πόλεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, εἰ μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, οὐδὲ πλήθους, οὐδὲ μεγέθους, ἄνευ ἀρετῆς. E priori Aristidis loco verba ultima, ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν κ. τ. λ. ex altero priora οὐκ οἰκίαι — νεώρια ad poetae orationem proxime accedere videntur; sed quum, collato utroque loco, pateat, sententiam tantum Alcaei expressisse, non verba ipsa servasse Aristidem, quis manum poetae restitui posse putet? Similem sententiam habet

XII. Schol. Aesch. Pers. 347. ἀνδρῶν γὰρ ὄντων, ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλής. Ἀλκαῖος· ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊος.

Ursin. p. 103. Blomf. nr. IX. Schol. Soph. O. T. 56. καὶ Ἀλκαῖος φησίν· Ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήϊοι, quam lectionem Libanius πρὸς τοὺς οὐ λέγ. T. II. p. 288. consectari videtur, inquit Lobeck. ad Aiac. 160. Sic etiam Suidas v. ἀρήϊος, ubi Küster. locum Aristid. T. II. laudat. Sed vereor, ne pluralis profectus sit ab eo, qui numerum ad ἄνδρες accommodare voluerit: neque enim, quot cives, tot πύργοι sunt, sed universitas civium πύργος est, sicut Soph. l. c. σμικροὶ — — σφαλερὸν πύργου ῥῦμα (quod pro πύργος recte accipit Lobeck.) dixit. E Suida ἀρήϊος, πολεμικός, καὶ ἀρήϊοι. Ἀλκ. legendum suspicor: ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊοι, ut ordo sit ἄνδρες ἀρήϊοι πύργος εἰσὶ πόλεως. Nam γὰρ etiam Alcaei, non Scholiastae, esse videtur, qui sic potius dixisset: ἄνδρες γάρ, ὥς φησιν Ἀ. πόλ. π. ἀ. Si schol. Aeschyli lectionem sequaris, est choriambicus trimeter acatalecticus, cuius exemplum ex Alcaeo habet Hephaest. p. 34. Pauw. p. 58. Gaisf. cf. Gaisf. p. 308. quale illud Horatii *Maecenas atavis edite regibus*; sin schol. Soph. eiusdem metri esse videtur Friedem. de med. syll. pent. p. 333., quod supra fr. V. observavimus: (— —|— ◡◡) —|— ◡◡ —|— ◡◡ —|◡ — Blomf. metrum Alcaicum quod proprie dicitur esse putavit; dedit enim: ἄνδρες πόληος πύργοι ἀρήϊοι.

XIII. Schol. Aesch. S. c. Th. 200. οὐδ' ἑλκοποιὰ γίγνεται τὰ σήματα. ταῦτα παρ' Ἀλκαίου· οὐ τιτρώσκει τὰ ἐπίσημα ὅπλα, οὐδὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύναμιν ἔχει, εἰ μὴ ἄρα ὁ φέρων αὐτὰ γενναῖος ᾖ. ubi verba οὐ τιτρώσκει τἀπίσημ' ὅπλα Alcaei esse videntur.

Ursinus p. 108. Blomfield. p. 444. Mus. crit. In Gaisf. poet. m. non reperi.

XIV. Schol. Aristoph. Vesp. 1227. ὤνθρωφ', οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος Ἀνατρέψεις

ἔτι τὰν πόλιν, ἀ δ' ἔχεται ῥοπᾶς] παρὰ τὰ Ἀλκαίου· Ὤνησεν οὗτος καὶ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος. τάχα τρέψεις τὴν πόλιν· ἁ δὲ ἔχεται ῥοπᾶς· ἀντὶ τοῦ μέγα κράτος. οὕτως Αἰολεῖς. et ad v. 1228. ἐκ τῶν Ἀλκαίου δὲ παρῳδεῖ εἰς Κλέωνα ὡς μαινόμενον.

Ursinus p. 106. Blomf. nr. XXV. Gaisf. ad Heph. p. 275. et Herm. elem. doctr. m. p. 363. ita citant Alcaei versus:

ὤνθρωφ', οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος,
ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν· ἁ δ' ἔχεται ῥοπᾶς.

quam scripturam adscivit Blomf. Ita metrum est aeolicum. Et sane *τάχα τρέψεις* ex interpretatione ortum esse potest, quum Aristophanis verba Schol. ad v. 1228. ita explicet: *ἀνατρέψεις ταχέως τὴν πόλιν.* Sed haereo in verbis *ἀντὶ τοῦ μέγα κράτος. οὕτως Αἰολεῖς.* An: *τὸ μέγα κράτος ἀντὶ τοῦ κρατερῶς*?

XV. Apollon. Dysc. Exc. p. 430. B. Apollon. Dysc. de pron. p. 384. B. ed. Bekker.: *τὰ γὰρ παρ' Αἰολεῦσιν ἕνεκα τῆς συντάξεως πολλάκις ἀποβάλλει τὸ ν δι' εὐφωνίαν,*

ἄεισον ἄμμι τὰν ἰόκολπον.
αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεὺς τελέσῃ νόημα,

Ἀλκαῖος καὶ ἐπ' ἄλλων μὲν ειτε ἐπὶ τοῦ ὔμμιν ἀθανάτοιο εοῖνικαν Ἀλκαῖος τρίτῳ καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων.

Blomf. nr. LXVI. LXVII. Ultima egregie sic emendavit Herm. in Add. ad Greg. Cor. ed Schaefer. p. 886. *καὶ ἐπ' ἄλλων. μένει τε ἐπὶ τοῦ ὔμμιν, ὔμμιν ἀθάνατοι θεοὶ νικᾶν. Ἀλκαῖος τρίτῳ, καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων.* Ad verba Alcaei supplendum videri *δοῖεν*, et metrum esse choriambicum. Hoc Blomf. posuit nr. LXVIII. Ut hoc, sic praecedens etiam fr. *αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεὺς τελέσῃ νόημα*, quod est metri Sapphici, ad carmina bellica pertinuisse videtur. De fragm. quod primum adscripsit Apollon. vid. nr. XXV.

XVI. Strabo I. p. 63. B. de Nilo: *τὸ δὲ πλείοσι στόμασιν ἐκδιδόναι κοινὸν καὶ πλειόνων· ὥστε οὐκ ἄξιον μνήμης ὑπέλαβε* (Homerus), *καὶ ταῦτα πρὸς εἰδότας, καθάπερ οὐδ' Ἀλκαῖος, καίτοι φήσας ἀφῖχθαι καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον.*

Ursin. p. 110. Deest apud Blomf. Locus e carmine, in quo cecinit *dura navis, dura fugae mala.*

II. Ὕμνοι.

1. *εἰς Ἀπόλλωνα.*

XVII. Himerius or. XIV. 10. *ἐθέλω δὲ ὑμῖν καὶ Ἀλκαίου τινὰ λόγον εἰπεῖν, ὃν ἐκεῖνος ᾖσεν ἐν μέλεσι παιᾶνα γράφων Ἀπόλλωνι. Ἐρῶ δὲ ὑμῖν οὐ κατὰ τὰ μέλη τα Λέσβια, ἐπεὶ μηδὲ ποιητής τις ἐγώ, ἀλλὰ τὸ μέτρον αὐτὸ λύσας εἰς λόγον τῆς λύρας. Ὅτε Ἀπόλλων ἐγένετο, κοσμήσας αὐτὸν ὁ Ζεὺς μίτρᾳ τε χρυσῇ καὶ λύρᾳ, δούς τε ἐπὶ τούτοις ἅρμα ἐλαύνειν — κύκνοι δὲ ἦσαν τὸ ἅρμα· — εἰς Δελφοὺς πέμπει καὶ Κασταλίας νάματα, ἐκεῖθεν προφητεύοντα* (leg. - - *εύσοντα*) *δίκην καὶ θέμιν τοῖς Ἕλλησιν. Ὁ δὲ ἐπιβὰς ἐπὶ τῶν ἁρμάτων ἔφη καὶ* (leg. *ἐφῆκε*) *τοὺς κύκνους ἐς Ὑπερβορέους πέτεσθαι. Δελφοὶ μὲν οὖν, ὡς ᾔσθοντο, παιᾶνα συνθέντες καὶ μέλος καὶ χοροὺς ἠϊθέων περὶ τὸν τρίποδα στήσαντες ἐκάλουν τὸν θεὸν ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθεῖν. Ὁ δὲ ἔτος ὅλον παρὰ τοῖς ἐκεῖ θεμιστεύσας ἀνθρώποις, ἐπειδὴ καιρὸν ἐνομοθετεῖ* (an: *καιρὸν ἔννομον ᾔδει?*) *καὶ τοὺς Δελφικοὺς ἠχῆσαι τρίποδας, αὖθις κελεύει τοῖς κύκνοις ἐξ Ὑπερβορέων ἐφίπτασθαι* (*ἀφιπτ*). *Ἦν μὲν οὖν θέρος καὶ τοῦ θέρους τὸ μέσον αὐτὸ, ὅτε ἐξ Ὑπερβορέων Ἀλκαῖος ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα· ὅτε δὴ* (f. *ὅθεν δὴ* Wernsd.), *θέρους ἐκλάμποντος καὶ ἐπιδημοῦντος Ἀπόλλωνος, θερινόν τι καὶ ἡ λύρα περὶ τὸν θεὸν ἁβρύνεται· ᾄδουσι μὲν ἀηδόνες αὐτῷ, ὁποῖον εἰκὸς ᾆσαι παρ' Ἀλκαίῳ τὰς ὄρνιθας· ᾄδουσι δὲ καὶ χελιδόνες καὶ τέττιγες, οὐ τὴν ἑαυτῶν τύχην τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀγγέλλουσαι, ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη κατὰ θεοῦ φθεγγόμεναι· ῥεῖ καὶ ἀργυροῖς ἡ Κα-*

σταλία κατὰ ποίησιν νάμασι καὶ Κηφισσὸς μέγας αἴρεται πορφύρων τοῖς κύμασι, τὸν Ἐνιπέα τοῦ Ὁμήρου μιμούμενος. Βιάζεται μὲν γὰρ Ἀλκαῖος ὁμοίως Ὁμήρῳ καὶ ὕδωρ θεῶν ἐπιδημίαν αἰσθέσθαι δυνάμενον. Ἆρ' οὐχ ἱκανῶς ὑμῖν δοκεῖ λελύσθαι τὸ ἔγκλημα κ. τ. λ.

Ex hoc loco primum Alcaeum cycnos addidisse Apollini et Hyperboreos recte collegit I. H. Vossius, repugnantibus aliis, qui, ut quidque ad rationes symbolicas accommodari posse videtur, ita illud cascum (*uralt*) esse dicunt, quamquam a serioribus demum commemoratum.

XVIII. Paus. X. p. 817. *ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ. τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ εἰς Ἀπόλλωνα.*

Ursin. p. 109.

XIX. Plutarch. de mus. T. II. p. 1135. F. (T. V. p. 644. ed. Wytt.) *οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλα καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ.*

Ursin. p. 110.

XX. Ex hoc hymno sumtum esse suspicor fragm. ap. Hephaest. p. 46. (80. Gaisf.)

ὦ 'ναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός

quamvis Alcaeus auctor non diserte prodatur. Vide Ursin. p. 104. Blomf. nr. VI.

2. *εἰς Ἑρμῆν.*

XXI. Paus. VII. p. 574. *βουσὶ γὰρ χαίρειν μάλιστα Ἀπόλλωνα Ἀλκαῖός τε ἐδήλωσεν ἐν ὕμνῳ τῷ εἰς Ἑρμῆν γράψας, ὡς ὁ Ἑρμῆς βοῦς ὑφέλοιτο τοῦ Ἀπόλλωνος.*

Ursin. p. 109. Ex Alcaeo carmen Horatii I, 10. expressum esse docet Porphyrionis scholion: *Hymnus in*

Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta. Alcaeum Ἑρμοῦ γονάς in hymno cecinisse, narrat Menander rh. de encom. p. 48. ed. Heeren: ἀλλ᾽ ἐπεὶ εὕρηται καὶ τοῦτο τὸ εἶδος τῶν ὕμνων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, καὶ ἤδη τινὲς καὶ Διονύσου γονὰς ὕμνησαν καὶ Ἀπόλλωνος γονὰς ἕτεροι, καὶ Ἀλκαῖος Ἡφαίστου καὶ πάλιν Ἑρμοῦ, καὶ τοῦτ᾽ ἀποτετμήμεθα τὸ μέρος. quae si de eodem in Merc. hymno valent, de quo Pausanias loquitur, verum esse non potest, quod e Porphyrione colligunt, totum carmen Horatii ex Alcaeo expressum esse: in Horatio enim de Mercurii natalibus ne verbum quidem. Etiam ipse Porphyrion ad v. 9. carm. Hor. *fabula haec ab Alcaeo facta;* quod opus non erat repetere, si totum carmen, ac non haec de Apollinis bobus a Mercurio subductis, fabula ex Alcaeo sumta erat. Quare vereor, ne operam perdiderit Grotefend., qui, carmine Horatii Graece retro vertendo, Alcaei hymnum restituere posse sibi visus est in Nov. Act. Soc. lat. Ien. I. p. 223 sqq.[18]) Quid? quod initium hymni exstare videtur ap. Hephaest. p. 45 sq. (p. 79. Gaisf.), ubi de metro Sapphico: ἔστι δὲ καὶ παρ᾽ Ἀλκαίῳ (sic Gaisf.) καὶ ἄδηλον ὁποτέρου ἐστὶν εὕρημα, εἰ καὶ Σαπφικὸν καλεῖται, οἷον.

XXII. χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις, σὲ γάρ μοι, quod apud Ursin. est p. 104., apud Blomf. nr. XXXVII. μέδεις e MSS. recepit Gaisf. pro μέδων. Blomf. praeterea τὲ γάρ μοι.

XXIII. Fortasse in hoc hymno etiam locum habuit, quod memorat Athen. X. p. 425. C. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰσάγει αὐτῶν (τῶν θεῶν) οἰνοχόον. quod apud Ursin. est p. 109.

---

18) Hoc etiam argumento confirmari potest, quod in Animadv. ad hymnos Homer. p. 59 sqq. me suspicari dixi, auctori hymni Homer. in Merc. Alcaeum ob oculos fuisse.

5. εἰς Ἥφαιστον.

vid. Menand. rh. loco supra adscripto.

Ad hymnos etiam referendos censeo istos locos:

XXIV. Plutarch. Amat. T. II. p. 765. E. (T. IV. p. 69. ed. Wytt.) *Τὰ μὲν οὖν πολλὰ* (*οἱ* add.) *ποιηταὶ προσπαίζοντες ἐοίκασι τῷ θεῷ γράφειν περὶ αὐτοῦ καὶ ᾄδειν ἐπικωμάζοντες, ὀλίγα δὲ εἴρηται μετὰ σπουδῆς αὐτοῖς, εἴτε κατὰ νοῦν καὶ λογισμὸν, εἴτε σὺν θεῷ τῆς ἀληθείας ἁψαμένοις· ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ περὶ τῆς γενέσεως·*

δεινότατον θεῶν γείνατο εὐπέδιλος Ἶρις χρυσοκόμᾳ Ζεφύρῳ μιχθεῖσα.

Quod Alcaei esse, intelligitur ex loco Etymol. MS. ap. Valcken. diatr. p. 161. (Vid. Etymol. Gudian. p. 278, 17.) in v. *Ἵμερος. τὰ ἄνθη λέγουσιν Ἵμερα, ἐπεὶ ἐν τῷ ἔαρι φύονται, ὅτε καὶ τὰ ἐρωτικὰ θερμότερα ἐστί. τούτου χάριν καὶ ὁ Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα φησίν. Ἔριδος* male ibi coni. Valck. etsi sic auctor argum. Theocr. id. 13. Utrumque locum iam comparavit Porsonus in nota ad Markl. not. ad Eur. Suppl. p. 194. (ed. Gaisf. Oxon. 1811.) et Lobeck. ad Aiac. p. 352. Numeris descripsit Gaisf. ad Heph. p. 337.

— — (*Ἔρωτα*) *δεινότατον θεῶν*
ἐγείνατ' εὐπέδιλος Ἶρις
χρυσοκόμᾳ Ζεφύρῳ μιγεῖσα.

Idem adscripsit locum Eustathii ad Il. *ε'*. p. 555 = 421, 39. *φασὶ δὲ τὴν Ἶριν ἐρωτικὴν καὶ αὐτὴν εἶναι. καὶ μὴν τινες, ὡς καὶ προεγράφη* (Il. *γ'*. p. 391 = 296, 26.) *αὐτῆς καὶ Ζεφύρου παῖδα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἔρωτα.* Apud Blomf. est nr. V.

XXV. Apollon. Dysc. p. 384. Bekk.

ἄεισον ἄμμι τὰν ἰόκολπον.

Maittaire in Apoll. Exc. p. 384 = 430. B. dederat *τὰν ὤκολπον*, ubi Albertio iam *ἰόκολπον* scribendum videbatur. cf. Index graec. ad Greg. Cor. ed. Schaef. p. 1010. a. Blomf. apud quem hoc fr. est nr. LXVI.

em. *ἰοπλόκαμον* vel *ἰόπλοκον*. tum addit: „si editum recte se habeat, versus ita dividendi erunt: *ἄεισον ἄμμι| τὰν ἰοκ.*" Minime vero: metrum est Sapphicum, ut monuit Herm. Add. ad Greg. Cor. p. 886. vel Alcaicum, si syllabam longam in fine suppleas: *ἄεισον ἄμμιν τὰν ἰόκολπον* —.

XXVI. Hephaestio p. 55. (61. Gaisf.) *ὁ δὲ Ἀλκαῖος καὶ πενταμέτρῳ ἀκαταλήκτῳ ἐχρήσατο·*

Κρονίδα βασιλῆος γένος, Αἴαν, τὸν ἄριστον πεδ' Ἀχιλλέα.

Ursin. p. 105. Blomf. nr. XXXV. Gaisf. ad h. l. „*πεδ' Ἀχιλλέα.* Ita dudum correxere viri doctissimi Casaub. ad Athen. XV, 15. Portus ad Lyricos p. 182. Bentl. ad Horatium, et fortasse alii. MSS. *παῖδ' Ἀχιλλέα.* Turn. *πόδ' Ἀχιλλέα.* Vide sis Valckenaerium ad Eurip. Phoen. 1034." Similis sententia est scolii apud Athen. XV. p. 695. C. *παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν αἰχμητὰ, λέγουσί σε Ἐς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα,* quod comparavit Blomfield.

III. Συμποσιακά.

XXVII. Athen. X. p. 430. A. *κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥραν καὶ πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται, χειμῶνος μὲν ἐν τούτοις·*

ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας
χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.

— — — — —

— — — —

κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
μαλθακὸν ἀμφὶ γνόφαλλον — —

Ursin. p. 100. Iani p. 13. Blomf. nr. I. Edit. Ven. Bas. *ἐν δ' ἀρανῶ,* Ursin. Steph. *ἐν δ' ὀρανῶ.* Casaub. *ἐν δ' ὠρανῶ.* Sed duo MSS. Schweigh. et cod. Farnes. ap. Ursin. *ἐκ δ' ὠρανῷ.* unde Schw. recte dedit

ἐκ δ' ὠρανῶ i. e. οὐρανοῦ, nisi quod ὀρανῶ scriptum oportuit, ut iamdudum monuit Muretus ad Horat. çarm. I, 9. vid. Hemsterh. ad Polluc. X, 124. laudatus Koenio ad Gregor. Cor. p. 195. Lips. Fragm. Sapphus ap. Volger. est nr. LXV. p. 125. Quae post secundum versum desunt, supplere conatus est Grotefend. ap. Schweigh. Anim. T. V. p. 406. ad quem ablego, qui talium lusuum cupidus est. — ἐν δὲ κιρναὶς (i. e. ἐγκιρνὰς δέ) ed. Ven. Cas. 2. rectius κίρναις Casaub. 1. et Herm. elem. doctr. m. p. 688. De forma partic. Schweigh. laudat Maittaire de dial. p. 259. Koen. ad Greg. p. 93 sq. (p. 210 sqq. Lips.) — ἀμφὶ γνόφαλλον edd. Venet. Bas. et sic Schweigh. cod. A. γνάφαλλον Casaub. qui ἀμφικνέφαλον, ut Ursin. habet, malebat, citans Polluc. X, 6, 56. et notam suam ad Athen. X. p. 450. A. γνόφαλλον pro γνάφ. Aeoles dixisse videntur, ut στροτὸς, πόϊρ, πρόϋς etc. pro στρατός, πάϊς, πραΰς. vid. Koen. ad Gregor. p. 215. (p. 455. Lips.) De voce γνάφ. *tomentum* vid. Pollux X, 41. ibique Interpr. et Hemsterh. ad Lucian. ind. voc. 4. T. I. p. 501. ed. Bip. Recte vero Iani correxisse videtur, μαλθ. ἀμφιτιθεὶς γν. praeeunte Rutgersio lection. Venus. c. 4. p. 255. qui μ. ἀμφὶ τίθει corrigebat. ἀμφιτιθεῖ habet Gaisf. ad Heph. p. 556. ἀμφιγνόφαλλον una voce, cum notis lacunae post hoc voc. Herm. l. c. Expressum hinc est çarmen Hor. I, 9. etiam alterum Epod. 13.

XXVIII. a. Pergit Athen. ib. θέρους δέ·

τέγγε πλεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

Ursin. p. 100. Iani p. 24. Blomf. nr. XVIII. Iidem versus laudantur ab Athen. I. p. 22. F. Eustath. ad Od. ι'. p. 531, 13=1612, 14. (cf. eundem ad Il. η'. p. 693. 5. μ'. p. 896, 47.) Proclo ad Hesiod. ἔργ. 584.

p. LXXVII. b. ed. Trincav. Macrob. Saturn. VII, 15. sed alio ordine *οἴνῳ πνεύμονα τέγγε*, unde recte Grotefend. ap. Schweigh. coni. legendum *τέγγε πνεύμονα Ϝοἴνῳ*, quod edidit Blomf. Apud Suid. v. *τέγγε* est *οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, φίλης δ' ἀπέχου Κυθερείης*, hexameter ad Alcaei imitationem factus. vid. Toup. Em. in Suid. II. p. 253. *πνεύμονα* scribendum pro *πλεύμονα* Attice. v. Fisch. ad Well. 1. p. 182. Nostrum ordinem servat Plutarch. Symp. VII, 1. p. 698. A. Tom. III. p. 872. ed. Wytt. Eodem respexit Plut. de Stoic. repugn. p. 1047. D. (T. V. p. 269. ed. Wytt.) *καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ἰατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας — — καὶ τῶν ποιητῶν Εὐριπίδην, Ἀλκαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξεισι.* — *ἄστρον* proprie esse sidus caniculae, monuit Iani, apte comparans Theogn. 1032. (1005. Br.) *ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτινες οἶνον Μὴ πίνουσ', ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου.* v. H. Steph. Thes. L. gr. T. I. p. 593. B. Athen. I. p. 22. affert Eupolidis locum: *Εὔπολίς τε τὸν Καλλίαν φησὶν ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρωταγόρου πίνειν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυτον φορῇ.* Ursin. comparat Horat. carm. III, 29, 18. *iam Procyon furit, et stella vesani leonis, Sole dies referente siccos.* Cf. epigr. inc. auct. in Brunck. Anal. T. IV. p. 171. ed. Iacobs. — *πάντα δὲ διψᾷ.* Cod. A. *δὲ διψαις.* ed. Ven. *π. δέδιψαις*, unde feliciter eruit Porsoni sagacitas, *πάντα δὲ διψᾶσ' ὑπὸ κ.* Advers. p. 49. 118. ed. Cant. Sic supra *χαλᾶσι δ' ἄγκυραι.* Athenaeus I. p. 22. ubi hos Alcaei versus attulit, addit: *καὶ ἀλλαχοῦ·*

πίνωμεν· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Proclus ad Hesiod. l. c. superius Alcaei fr. duobus versibus auctum exhibet: *τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν· οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, ἁ δ' ὥρα χαλεπά. ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων τάδε ἂν τέττιξ, ἀνθεῖ*

δὲ καὶ σκόλυμος, νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες, λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες. quae manifesto ad Hesiodi ἔργ. 582. imitationem expressa sunt: ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ, Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος, Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει. In fr. Alcaei D. Heins. ad Hesiod. em. ἄχει δ' ἐκ πετάλων ἀχέτα τέττιξ, melius Graevius lect. Hesiod. c. XIII. ἀ. δ' ἐκ π. ἁδέα ἂν τέττιξ, nisi quod ἄν et sensui et metro nocet. Heinsii coni. recepit Blomf. qui, quae ad versus integritatem desunt, explet verbis ὑπὸ τῶν πτερῶν, in quibus articulus a poëtarum consuetudine alienus est. Idem in sqq. dedit: ἀνθεῖ καὶ σκ. νῦν δὲ γυν. μιαρ. sed ultima λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες neglexit. Totum fragmentum ita scribendum ei videtur:

Τέγγε πνεύμονα οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ διψᾶσ' ὑπὸ καύματος·
ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων ἁδέα τέττιξ — — —
ἀνθεῖ καὶ σκόλυμος, νῦν δὲ γυναῖκες μιαρώταται,
νῦν λεπτοὶ δὲ τοὶ ἄνδρες — — — —

XXVIII. b. Pergit Athen. lib. X. τοῦ δὲ ἔαρος·

ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάϊον ἐρχομένοιο.

καὶ προελθών·

ἐν δὲ κίρνατε τῶ μελιαδέος ὄττι τάχιστα
κρατῆρα — — —

Ursin. p. 100. Blomf. nr. XXX. In primo v. recte ἐπάϊον tuetur Casaub. *sensi advenisse ver.* Schweigh. recepit infelicem Grotefendii coniecturam ἐπ' αἴον' ἐ. quasi ver ad littus tantum, non item ad mediterraneas partes accederet. Tum legebatur in Ven.: ἐν δὲ κίρνα τὸν τῷ μελιαδέος, Basil. Cas. 1. ἐν δὲ κίρνῳ τὸν τῷ. Cas. 2. et 3. ἐν δὲ κίρνῳ τὸν τοῦ. In MS. Epit. est κιρνᾶται, in MS. A. κιρνᾶτε, quod recepit Schweigh. con-

tra metrum; scribendum erat *κίρνατε* a *κίρνημι*, unde supra *κιρνάς* s. *κίρναις*. ut iam monuit V. D. in Ephemer. Ien. 1806. nr. 249. Articulum *τόν* neuter cod. agnoscit. Est pentameter catalecticus in disyllabum, qualem *ἔπος Αἰολικὸν* vocari dicit Hephaestio p. 25. (41. ed. Gaisf.)

XXIX. Athen. ib. *ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν*:

οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν·
προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι,
ὦ Βύκχι, φάρμακον δ᾽ ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην.

Ursin. p. 101. Blomf. nr. III. Dedi locum ex em. Bentl. ad Hor. III, 2. Gaisf. ad Hephaest. p. 336. et Herm. elem. doctr. m. p. 688. *θυμόν* pro *μῦθον* iam Ursin. restituit. Pro *ἀσάμενοι* Bentl. et Gaisf. *ἀσώμενοι* ob metrum; sed pro *ω* ab Aeolibus *α* longum poni, ut in *πρᾶτος*, *θεαρός* etc. recte monuit Koen. ad Greg. p. 86. (p. 196. ed. Lips.) — *ὦ Βυκχί* pro *ὦ Βακχί* e cod. A. dedit Schweigh. citans Etymol. M. p. 216, 47. *Βύκχις, ὄνομα Αἰολικόν. παρὰ τὸ βάκχος, βάκχις καὶ βύκχις· ὡς ἵππος ἵππις, καὶ οἶκος οἰκίς, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς υ, ὡς βάθος βυθίς.* Oblitus erat Schweigh. Aeoles esse *βαρυντικοὺς*, quum *Βυκχὶς* scribendum contendebat. In fine legebatur *μεθυσθῆναι*, pro quo Bentl. *μεθύσθαι*, rectius Koen. ad Greg. p. 143. (p. 310. ed. Lips.) *μεθύσθην*. *Μεθύσθην* est in Cod. Ven. teste Buttmanno in Mus. Antiq. V. I. fasc. 1. p. 145. prob. Pors. ap. Kidd. p. 283.

XXX. Athen. ib. *καὶ καθόλου δὲ συμβουλεύων φησί·*

μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Ursin. p. 100. Iani p. 15. Blomf. nr. XIX. Eundem versum laudat Eustath. ad Il. *σ'*. p. 1163, 10. *δένδρεον* et *ἀμπέλω* i. e. *ἀμπέλου* restituit Bentl. ad Hor. I, 18. *δένδρεον* etiam Valck. ad Herod. p. 671, 57. sed

relicto ἀμπέλῳ. idem infeliciter *μηδέν γ' ἄλλο φ.* Male etiam Schweigh. *μηθέν*, quod est serioris graecitatis. vid. Thom. M. 67. 155. Phrynich. p. 76. *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.* Hor. I, 18.

XXXI. Athen. ib. *πῶς οὖν ἔμελλεν ὁ ἐπὶ τοσοῦτον φιλοπότης νηφάλιος εἶναι, καὶ καθ' ἕνα καὶ δύο κυάθους πίνειν; αὐτὸ γοῦν τὸ ποιημάτιον, φησὶ Σέλευκος, ἀντιμαρτυρεῖ τοῖς οὕτως ἐκδεχομένοις. φησὶ γάρ·*

πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα·
κάδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλαις.
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικαδέα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. ἔγχεε κίρναις ἕνα καὶ δύο
πλείαις, κὰκ κεφαλᾶς δ' ἁ ἑτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ
ὠθείτω

ἕνα πρὸς δύο ῥητῶς κιρνάναι κελεύων. Ursin. p. 101. Iani p. 16. Blomf. nr. XX. Quatuor primos versus affert etiam Athen. XI. p. 481. A. unde *ἀμμένομεν* sumptum, quum l. X. esset *σβέννυμεν*. *τὰ λύχν'* est ex emendatione Porsoni ad Eurip. Med. 494. Utroque loco legebatur *τί τὸν λύχνον ἀ.* Iani. *τί λύχνως ἀ.* Iacobs. Animadv. in Ath. p. 260. *τί λύχνον.* Sed dubito, num iam Alcaei aetate et apud Aeoles Atticus mos vocales ante mutam cum liquida corripiendi invaluerit. Sententiam primi versus egregie declaravit Casaub. ad l. XI. „Antiqui, quum fere parcius pranderent, et coenabant liberalius et compotationes suas eo reservabant. Tempus autem coenae erat vespera et *λύχνων ἁφαί.* Ita viri graves et occupati: nam qui aliter vitam instituebant, hi et *tempestiva* agitabant *convivia* et ad pocula *de die* accedebant. Hoc igitur Alcaeo poetae vinoso nunc dolet, quod propter sobrios sodales horam lucernalem cogatur expectare.“ Imitatus est Asclepiades in Anal. Br. I. p. 215. IX. (T. I. p. 145. Lips.) *πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυ-*

λος ἀώς. ἦ πάλι κοιμίσταν λύχνον ἰδεῖν μένομεν; ubi δάκτυλος ἠώς, quod h. l. δάκτυλος ἡμέρα, ruit hora, dies cito praeterlabitur, quare, quod restat, eo fruamur. Inepte proverbium (nam in proverbium postea abiit) explicarunt Suid. v. δάκτυλοι. Apost. VI, 77. Cf. Zenobii Cent. III. prov. 5. et A. Schottum, Diogenian. Cent. IV, 15. Interpr. ad Hesych. v. Δατύλλου ἡμέρα. — Similiter in Rufini epigr. ap. Brunck. anal. II. p. 394. XVI. (Anthol. Palat. p. 86. n. 12.) λουσάμενοι, Προδίκη, πυκασώμεθα καὶ τὸν ἄκρατον Ἕλκωμεν, κύλικας μείζονας αἰρόμενοι. Βαιός ὁ χαιρόντων ἐστὶν βίος etc. vid. Iacobs. Anim. II, 5. p. 164. κάδδ' ἄειρε legitur libr. XI., hic κάδδ' ἀνάειρε contra metrum. κυλίχναις μεγάλαις ποικίλαις est accusat. aeolicus. Pro ποικίλαις l. X. est ποικίλα, l. XI. ποικίλλης. Casaub. coni. πυκιναῖς, quemadmodum citat etiam Iacobs. ad Anal. Br. I, 2. p. 28. Sed quid faciemus verbis αἴ τα — sic l. X. scribitur, — vel αἶ τὰ ut lib. XI.? Rutgers. lect. Venus. c. 4. em. κάδδ' ἄντεινε κυλίχνας μεγάλας, αἴτεε ποικίλα. Iani μεγ. καὶ, πάϊ, ποικίλαις. Grotefend. ap. Schweigh. p. 416. αἵματα ποικίλα, *sanguinei latices coloris* scilicet, Meineke Curis crit. in Comic. fr. p. 58. νάματα ποικίλα. Blomf. καδδαίνυ τε κυλίχναις μεγάλαις δαῖτά τε ποικίλαν. Egregie prima specie blanditur coni. V. D. in Ephemer. litt. Ien. 1806. nr. 249. μεγάλαις, ἄϊτα, ποικ. legentis. Praeivit Schweigh. ad XI. p. 166. ἀΐταις corrigens, quod ad κυλίχναις referendum, et interpretandum vel *dilecta* pocula, vel *socialia*, quemadmodum Alcman ap. Schol. Theocr. 12, 14. ἀΐτας vel ἀϊτίας χορδάς dixerit. De voce ἀΐτης vid. H. Steph. Thes. gr. Ind. p. 519 sq. Alberti ad Hesych. v. ἀΐταν. Sed obstat metrum: nam Theocr. Id. 12, 14. τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀΐταν. v. 20. καὶ τοῦ χαρίεντος ἀΐτεω. 23. extr. στέργετε δ' ὔμμες ἀΐται. Cf. Dosiadae aram in Anal. Br. T. I. p. 415. (T. I. p. 203. Lips.) λαθικάδεα ne cum Schweigh.

pro ληθικήδεα accipias et metrum pessumdes, cavebit Hom. Il. χ', 83. υἱός deest l. XI. Pro ἔγχεε κίρναις ἕνα καὶ δύο supra p. 430. A. scriptum erat ἔγχευε κίρνα εἰς ἕνα καὶ δύο. „Alcaeus iubet, ut puer a poculis vinum de more in cratere misceat eo craseos genere, quod vocabatur εἰς καὶ δύο, cum infusis in craterem cyathis duobus vini aquae unus infunditur.“ CASAUB. κιρναις h. l. MS. A. V. 5. πλείαις est a Rutg. Ian. Pors. pro πλέαις l. X. vel πλείους l. XI. Porson. ita interpung. πλείαις καππεφαλᾶς· ἃ δ' ἑτέρα, sensu vix idoneo: quid enim est ἔγχεε κατὰ κεφαλῆς? κατὰ κεφ. ὠθεῖν τινα est *praecipitem aliquem dare,* ut Anal. Br. T. II. p. 329. LIX. κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπῆλθε, *praeceps abiit;* usitatius est ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὠθεῖν. Igitur κύλικα κατὰ κεφαλᾶς ὠθεῖν esse videtur quasi *pocula praecipitare, crebro, aliud post aliud, haurire,* et κύλιξ κύλικα κατὰ κεφ. ὠθεῖ *poculum praeceps trudit poculum, exhaustum prius novum statim subsequitur.*

XXXII. Athen. XV. p. 687. D. E. καὶ ὁ ἀνδρειότατος δὲ, προσέτι δὲ καὶ πολεμικὸς ποιητὴς Ἀλκαῖος ἔφη·

κάδδ' ἐχεύσατο μύρον ἀδὺ καττῶ στήθεος ἄμμι.

Plut. Symp. III, 1. extr. p. 647. E. (T. III. p. 634. Wytt.) διὸ μάλιστα τοὺς ἀνθινοὺς (Blomf. ad sequens fr. ἀνηθινούς, citans schol. ad Theocr. VII, 43. Polluc. VI, 107.) ἐκ τῶν τραχήλων καθάπτοντες ὑποθυμίδας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ἀπὸ τούτων μύροις ἔχριον τὰ στήθη. μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς καὶ τῶ πολιῶ στήθεος. In Wytt. ed. est κατὰ τὰς et τῷ πολιῷ.

Blomf. ad fr. XLVI. et in Mus. crit. VI. p. 257. Ex duobus illis locis inter se comparatis Valcken. ad Theocr. X. id. p. 52. ita scripsisse Alcaeum coniiciebat: καδδὲ χεῦσον μύρον ἀδὺ καττᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, καὶ καττῶ πολιῶ στάθεος ἄμμι. Alloqui poetam

unum vel plures, e verbis Plut. *κελεύων καταχέαι* manifestum est, nec *καταχεύασθαι τινὸς μύρον*, nisi fallor, graecum est pro *καταχέαι*, sed, quum clara insint metri choriambici vestigia, huic *χεῦσον* repugnat. Suspicor *κὰδ δὲ χεύατε*. nam in MS. Ep. ap. Schweigh. scriptum erat *ἐχεύατο*. *ἔχευσα, ἐχευσάμην* dubito num unquam Graeci dixerint pro *ἔχεα, ἐχεάμην*.

XXXIII. Athen. XV. p. 674. D. *ἐστεφανοῦντο δὲ καὶ τὰ στήθη καὶ ἐμύρουν ταῦτα, ἐπεὶ αὐτόθι ἡ καρδία. ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον στεφάνους ὑποθυμιάδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις·*

ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισιν
παρθέτω πλέκτας ὑποθυμίδας τις.

Ursin. p. 101. Blomf. nr. XLVI. Legebatur: *ἀλλὰ ἀννήτωμεν μὲν π. τ. δέραις περθέτω*. Correxit Casaub. Pro *δέραις* Iacobs. ad Anal. Br. I, 2. p. 48. *δέραισιν*, quippe metro, quod Sapphicum esse videtur, aptius. *πλέκτας* (Blomf. *πλεκταὶς*) tuentur membranae *βαρύτονον* ex Aeolensium more pro *πλεκτάς*. *ὑποθυμίδας* recte Blomf. pro *ὑποθυμιάδας* ob metrum. Iniuria hanc formam apud Plut. II. p. 647. F. damnat Schneider. in lex. gr. Athen. XV. p. 678. D. *ὑποθυμὶς* (l. *ὑποθυμίδες*) *δὲ καὶ ὑποθυμιάδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν, οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο, ὡς σαφῶς ἔστι μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεως*. Idem de ratione nominis XV. p. 688. B. *ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς περικειμένους τῷ στήθει ὑποθυμιάδας οἱ ποιηταὶ κεκλήκασιν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθῶν ἀναθυμιάσεως, οὐκ ἀπὸ τοῦ τὴν ψυχὴν θυμὸν καλεῖσθαι, ὥς τινες ἀξιοῦσιν*. Cf. Hemsterh. ad Luc. Nigr. T. I. p. 75. (284 sq. Bip.) Pro *ὑποθυμίδας* Ursin. *ἄν τι ἁπαλαῖ δέραι* (sic), in notis autem p. 312. pro *ἄντια πάλαι δέραι* reponerem *ἄν τις ἁπαλᾷ δέρᾳ*. loquitur enim *περὶ ὑποθυμιάδων*, quibus bibentium colla coronabant, de quibus ita Plut. Symp. III. (vid. fr.

XXXIII.) Ad hunc locum respexit etiam Pollux. VI, 107. Ἀνακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησι — — καὶ ἀνήττῳ, ὡς καὶ Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖος.

XXXIV. Athen. II. p. 38. E. ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ καταστήματος καὶ ταύρῳ παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον καὶ παρδάλει, διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. Ἀλκαῖος·

ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ'
ὀξυτέρου τριβόλων ἀρητύμενοι.

Ursin. p. 101. Blomf. nr. XXVII. Eustath. ad Od. φ'. p. 1910, 17. κατὰ τὴν Ἀλκαίου μοῦσαν ἄλλοτε μελιαδὴς ὁ οἶνος, ὃ δὴ ἔφη καὶ Ὅμηρος, ἄλλοτε δ' ὀξύτερος τριβόλων. Vitium est in ἀρητύμενοι. sic Schweigh. codd. non ἀρητυμένοι. Nam in metro dactylico secunda syllaba brevi, tertia longa opus erat: itaque neque Casaub. vel ἀρητυμένου, quasi verbum esset ἀρητύω pro ἀρύτω, vel ἀῤῥήτου μένος, nec Fulvii Ursini ἀῤῥήκτου μένους, nec Livinei ἀρυτόμενοι, nec Iacobsii (Addit. anim. ad Ath. p. 58.) ἀκρήτου μένος convenit. Blomf. ed. ἀρύτω μένος, quod et sensui et metro satisfacit, modo intelligi possit, quomodo verbum tam communis usus ita corrumpi potuerit. Idem dedit ἄλλοτα et ὀξυτέρω e dialecto.

XXXV. Athen. XI. p. 481. A. (Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι ἀντὶ τοῦ κύλικες παραγώγως κυλιχνίδας εἴρηκε — — Ἀλκαῖος δὲ κυλίχνας· Πίνωμεν — — —) καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ·

λάταγες ποτέονται κυλιχνᾶν ἄπο Τηΐαν,

ὡς διαφόρων γενομένων καὶ ἐν Τέῳ κυλίκων. Ursin. p. 101. Blomf. nr. XLV. Metrum videtur esse choriambicum, praepositis duabus brevibus syllabis, ut in fr. Sapph. ap. Athen. XIII. p. 571. D. de quo Herm. elem. d. m. p. 436. et in fr. Sapphus, quod annot. Vimar. ad Theocr. id. 28. adscripsit: ῥοδοπήχεες ἁγναὶ Χάριτες δεῦτε Διὸς κόραι. v. Gaisf. ad Heph. p. 310.

Ita post *ποτέονται* addendum videtur *δέ*, monente V. D. in Ephemer. Ien. 1806. n. 249. p. 158.

◡◡ | –◡◡– | –◡◡– | –◡◡– | ◡–

XXXVI. Tzetzes ad Lycophr. 212. *φαλακρὸν γέροντα γράφουσι τούτῳ (τῷ Διονύσῳ) ἀκολουθεῖν, ὅτι οἱ οἰνωθέντες τὰ τοῦ λογισμοῦ ἀπόῤῥητα ἐκφαίνουσιν· ὅθεν καὶ ὁ Ἀλκαῖος φησίν·*

οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον.

Ursin. p. 101. Blomf. nr. XVI. qui, Burneius, inquit, in menstrua censura T. XXV. corrigit *ἀνδράσιν*, quia quintam syllabam Alcaeus semper corripiat; quod falsum esse, e versibus, *τὸ δ' ἔνθεν, ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον* et *αἰδώς κέ τευς οὐκ εἶχεν ἄππατ'*, et *ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται* ap. Athen. XV. p. 695. A. apparet. Ipse vero Blomf. ap. Tzetzen pro *Ἀλκαῖος* scribendum censet *Αἰσχύλος*, cuius similis versus proferatur a Stob. XVIII. p. 164 = 99. Grot. Apostol. XI, 3. Athen. X. p. 427. F. *κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.* Mirum! quum duo Aeschyli loci, Pers. 347. S. c. Th. 200. ad Alcaei imitationem expressa esse ipse agnoverit, quibus nos tertium e Schol. Pind. Isthm. I, 52. addidimus.

XXXVII. Schol. Platon. p. 51. *οἶνος καὶ ἀλήθεια ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων. Ἔστι δὲ ᾄσματος Ἀλκαίου ἀρχή· Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλήθεια, καὶ Θεόκριτος.* Versus ille legitur in carmine inter Theocritea XXIX. sed uno dactylo longior: *οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα.* Hinc Wehnertus, iuvenis praematura morte litteris ereptus, carmen illud Theocrito falso adscribi, et Alcaei verius esse, suspicabatur, narrante Schaefero ad Gregor. Cor. p. 586. eamque sententiam postea Thierschius in dissert. qua specimen editionis Symposii Platonis dedit Gottingae MDCCCIIX. p. 25 sqq. nonnullis argumentis probare

studuit. Nam, quum primum §. 3. 4. ostendere conatus esset, carmen illud non recte adscribi Theocrito, quia et in antiquis editionibus ac nonnullis Codd. MSS. desideretur, et dialecto aeolica, non dorica Theocriti, scriptum sit, *res* vero sit *nullius apud Graecos exempli, ut quis poëta patrium sermonem nullo aut usu aut necessitate coactus damnet et dialectum sequatur peregrinam, suisque civibus nec usu cognitam nec intellectu facilem;* deinde §. 5. 6. 7. si carmen non sit Theocriti, nulli alii commodius tribui posse, quam Alcaeo, poetae antiquissimo lyrico, tum propter dialectum et inscriptionem in Cod. Vaticano, *Αἰολικὰ παιδικά*, tum quod Alcaeus iis etiam, quae de puerorum amore scripsit, inclaruerit, tum quod in hoc carmine ea sit virtus poetica et color orationis, qui et ex veterum criticorum iudiciis et ex imitationibus Horatii Alcaeo proprius fuisse videatur; tandem e scholio illo in Platonis symposium, cuius auctor quin ad huius ipsius carminis initium respexerit, dubitari non possit, planum facit, hoc carmen Alcaei opus habendum, et Scholiastae auctoritate illi auctori esse vindicandum. His argumentis Thierschius sententiam suam probavit idoneis iudicibus, Boeckhio in *Museum der Alterthumswissenschaft* II, 2. p. 175. et Heindorfio ad Horat. Serm. p. 103. Ego vero pro Theocrito quidem carminis auctore non pugno; quamquam, quod de usu dialecti peregrinae dixit Vir Cl. id ne de antiquioribus quidem poetis graecis ante Alexandri aetatem verum esse videtur (vid. Iacobs. Praef. ad Anthol. Pal. p. XLIV.), multo minus de Alexandrinis, siquidem etiam inter Callimachi hymnos, Ionica seu verius epica dialecto scriptos, hymnus in lavacrum Palladis Doricam habet, carmen autem 28. inter Theocritea, de quo infra, aeolicam; Alcaeo autem tribuendum esse carmen, pluribus de causis non adducor, ut credam. *Primum* enim dia-

lectum Aeolicam, qua Alcaeus usus est, si quis eius poëtae fragmenta diligenter perlustraverit, longe plura a Dorismo recedentia habuisse, quam in hoc carmine occurrunt, intelliget. Nam quid inest in hoc carmine dialecto Aeolicae proprium, nisi nonnullae verborum formae, quas Grammatici Aeolibus tribuunt, ut ὄρπετον pro ἕρπετον v. 13. (quamquam ab ε in ο mutanda ne Dores quidem abstinuisse docet Koen. ad Gregor. Cor. p. 280, 23.) ὔμοιον v. 20. στύματος et πεδέρχομαι pro μετέρχομαι v. 25. πέδα pro μετά v. 38? Nam ἆς pro ἕως v. 20. non tam Aeolum est, quam Doriensium; vid. Koen. ad Greg. Cor. p. 81. τύ pro σύ et pro σέ enclitico v. 25. etiam Doricum est; vid. Toup. Add. ad Theocr. I, 5. (qui tamen in eo fallitur, quod τέ pro σέ usurpatum negat) Apollon. Bekk. p. 328. et tantum abest, ut ῥέθος pro πρόσωπον v. 16. vox sit mere Aeolica, ut ea etiam Tragici usi sint, ut Soph. Antig. 529. Eurip. Herc. f. 1207. ubi vid. Barnes. Non rectius igitur dici poterit hoc carmen dialecto aeolica scriptum esse, quam cantica lyrica in atticorum poëtarum fabulis dorica; eodem etiam iure carmen 28. inter Theocritea Aeolicum dici possit cum annotatore Vimariensi, quem p. 28. laudat Thierschius: in quo praeter formas aeolicas, ut v. 3. ὐμάρτη pro ὁμάρτει in apogr. Ald. (fortasse etiam βόλλεσθαι pro βούλεσθαι, ὀππάζειν pro ὀπάζειν, χέῤῥας pro χέρας v. 9. ut φθέῤῥω, Aeolum magis quam Doriensium propria sunt, vid. Greg. Cor. p. 286.) reperitur etiam vox mere Aeolica, βράκη pro ῥάκη v. 11. v. Gregor. Cor. p. 270. ed. Koen. 275. 310. IX. p. 329. I. metrum etiam non minus, quam metrum carminis 29. ex eo genere est, quod Alcaeus imprimis frequentavit, choriambicum. Sed illud quidem carmen ipse Thierschius vidit non posse ad Alcaeum auctorem referri: est enim a poëta Syracusano (v. 16. 17.) ad Niciae, medici, ad quem scripta sunt etiam carmina

Theocr. 11. et 13. (cf. epigr. VII.) uxorem Alexandriam missum; estque hoc alterum exemplum poetae patrium sermonem negligentis et dialectum peregrinam sequentis, quale nullum apud Graecos inveniri Th. dixerat. Litterae autem Aeolicae s. digammi, qua, ut poëtas Aeolicos omnes, sic Alcaeum usum esse omnes consentiunt, ne vestigium quidem in neutro carm. reperitur. *Deinde* vix mihi quidem verosimile est, Alcaei, in cuius carminibus emendandis Aristophanem et Aristarchum elaborasse accepimus (v. Villoison. Prol. ad Hom. p. LIX. Schol. Aristoph. Plut. v. 253. et Hemsterh. ad h. l.) carmen aliquod ad Theocritum, aequalem fere illorum grammaticorum poetam, referri potuisse. *Tum* multa quidem seriorum et poetarum et aliorum scriptorum opera antiquioribus tributa esse constat, antiquioris vel antiquissimi adeo carminis seriori poetae assignati ne unum quidem exemplum ex tota antiquitate afferre quisquam possit. Denique *λέγεται* illud in Theocriteo carmine indicat, proverbium memorari iam usu diuturno tritum; proverbia vero ex antiquorum poetarum dictis oriri solebant, ut *παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω* ex Homero, *πλέον δέ τοι ἥμισυ παντός*, ex Hesiodo, *δάκτυλος ἀμέρα, αἶξ Σκυρία* ex Alcaeo, non poetae antiqui ad proverbia provocare [19]). Itaque Thierschii argumenta infirmiora sunt, quam ut iis quidquam tribuamus; quae vero singula per se vim nullam habent, ea vix universa et coniuncta quidquam valere possunt. Quid igitur est? Alcaei versus esse videtur *οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλάθεα,* is vero, quum

---

19) Schol. Aristid. T. II. p. 205. de proverbio *παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω· Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος τὴν ἀρχὴν ὕστερον εἰς παροιμίαν ἐλήφθη, ὥσπερ καὶ τὸ φίλου κακῶς πράξαντος ἐκποδὼν φίλοι, Σοφοκλέους ὄν, παροιμιῶδες γέγονε, καὶ ἕτερα μυρία.*

in proverbium abiisset, a Theocrito usurpatus esse sicut supra vidimus verbis Alcaei οἴνῳ πνεύμονα τέγγε alium ad hexametrum explendum usum esse. Fragmentum illud est ap. Blomf. p. 444. qui idem ex Eustath. ad Il. ί. p. 740, 12. affert.

XXXVIII. Athen. XI. p. 478. B. τὰ μονωτὰ ποτήρια κότυλοι, ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει.
Ursin. p. 109.

XXXIX. Eustath. Il. ψ'. p. 1295, 20. Νίκανδρος δέ που (λέγει) — — ὡς μυρίσασθαι μὲν Ἀλκαῖος λέγει, τὸ δὲ ὄνομα μύρωμα, καὶ οὐ μύρισμα.

Ἐρωτικά.

XL. Schol. Arist. Plut. 302. et Hephaest. p. 16. (30. ed. Gaisf.) (ἰαμβικὰ) τετράμετρα δὲ, οἷον τὸ τοῦ Ἀλκαίου·

δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. XLI. qui scripsit κωμάσδοντα et λίσσομαί τε. imo λίσσομαί τυ. vid. Apollon. de pron. p. 328. B.

XLI. Aristot. Rhetor. I, 9, 20. τὰ αἰσχρὰ αἰσχύνονται καὶ λέγοντες καὶ ποιοῦντες καὶ μέλλοντες, ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·

θέλω τί τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει
αἰδώς — — — — — —
αἰ δ' ἶχε σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν
καὶ μή τι εἰπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
αἰδώς κέ σευ οὐκ εἶχεν ὄμματ',
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Inter fr. Sapph. exhibet Blomf. nr. XXX. Mus. crit. I. p. 17. cum Volg. Ex his primus versus cum verbo αἰδώς versus secundi Alcaei est, nec dubito, quin iusta stropha fuerit, e qua adscripserit Aristot. quae ad se-

quentia verba Sapphus intelligenda pertinerent. Versus emendavit Scaliger ad Cirin in Virgil. Catal. p. 323. et ad Euseb. p. 85. probantibus Gatakero ad M. Anton. p. 69. et Toupio ad Longin. p. 301. quod nec Buhlio ad Arist. nec Volgero ad Sapph. fr. p. 102. innotuit. Is v. 2. Sapphus *καὶ μηδὲν εἰκῇ γλ.* v. 3. *αἰδώς κεν οὐχί σ' εἶχεν ὄ.* Sed illud erat *καὶ μή τι Fειπῆν*, ut recte scribit Blomf. et Herm. elem. d. m. p. 689. In edd. Aristot. legebatur *αἰδώς κέν σε οὐχ ε. ὄ.* Lips. *αἰδώς κεν σοῦ.* rectius Herm. l. c. *αἰδώς κέ τευς οὐκ ε. ὄππατ'.*

XLII. Hephaest. p. 46 sq. (p. 80. Gaisf.) de metro Alcaico: *τρίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ τούτου περιττεῦον συλλαβῇ τῇ τελευταίᾳ, καλούμενον δὲ Ἀλκαϊκὸν δωδεκασύλλαβον, οἷον,*

ἰόπλοχ', ἄγνα, μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. XXXVIII. Hesych. *μειλιχόμητις, ἡδὺς, πραϋγέλως, ἡδυγέλως. ἡδεῖα, πραΰνοος.* Vidit Toup. Em. T. III. p. 426. non omnia interpretamenta uni *μειλιχόμητις* convenire; itaque em. *μειλιχομείδης, ἡδὺς, πραϋγέλως, ἡδυγέλως. Μειλιχόμητις, ἡδεῖα, πραΰνοος.* Sed Codex Venetus ap. Schowium pro Musurianis *μειλιχόμητις, ἡδὺς* exhibet tantum *μειλιχομετίδης.* Hinc scribendum videtur Gaisf. ad Heph. l. c. una *τ* litterula deleta, *μειλιχομείδης, πραϋγέλως* etc. Pergit Toup. „Scribitur et *μειλιχόμειδος.* Alcaeus ap. Heph. p. 47. — *μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.*“ An recte sic scribatur, dubitans Blomf. scripsit *μειλιχόμειδα Σ.* A *μειδάω* ductum non exstat quidem nisi *φιλομμειδής*, sed a *φοιτάω* sunt *νυκτίφοιτ' ὀνείρατα* ap. Aeschyl. Prom. 662. et *νυκτερόφοιτος Ἄρτεμις* h. Orph. 55, 6.

XLIII. Cicer. de nat. d. I, 28. *Naevus in articulo pueri delectat Alcaeum. At est corporis macula naevus; illi tamen hoc lumen videbatur.*

Ursin. p. 111. Lycum, amasium Alcaei, quem *nigris oculis nigroque crine decorum* caneret poeta, memorat Horat. Carm. I, 32, 7. ubi Mitsch. ad ista in Lycum carmina respexisse Cicero videtur. *Quae de iuvenum amore scribit Alcaeus?* inquit Cic. Tusc. disp. IV, 33. Cf. Schol. Pind. Isthm. II, 1. Fortasse in Alcaei amasiis fuit Dinomenes, quem commemorat fr. LX. LXX.

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS.

XLIV. Schol. Soph. Oed. T. 156. φ ο β ε ρ ὰ ν φ ρ έ ν α, τὴν περίφοβον. καὶ Ἀλκαῖος· ἐ λ ά φ ῳ δ ὲ β ρ ό μ ο ς ἐ ν σ τ ή θ ε σ ι φ ύ ε ι φ ο β ε ρ ό ς, ἀντὶ τοῦ περίφοβος.

Ursin. p. 105. Blomf. nr. XLIX. φύει vix verum est; sensus enim requirit φύεται vel ἔφυ; tum, si metrum choriambicum est, cuius certe satis manifesta in his verbis insunt vestigia, metrum respuit φύει priore brevi. Si scriptum esset πίπτει pro φύει, metrum hoc esset

[–] ◡◡– | –◡◡– | –◡◡– | –◡◡⏓

Blomf. coni. τρόμος pro βρόμος et φύεται pro φύει, sed, addit, neutrum horum placet.

XLV. Schol. Soph. Oed. C. 954. ed. Elmsl. (cf. Schol. Ven. ad Il. έ, 792. Suid. v. θυμὸς ἑπταβόειος) θ υ μ ο ῦ γ ὰ ρ ο ὐ δ ὲ ν γ ῆ ρ α ς ἐ σ τ ὶ ν ἄ λ λ ο π λ ὴ ν Θ α ν ε ῖ ν· θ α ν ό ν τ ω ν δ' ο ὐ δ ὲ ν ἄ λ γ ο ς ἅ π τ ε τ α ι. οἷον οὐκ ἔστι, φησὶ (sic etiam Suid. Sch. V.), θυμοῦ κρατῆσαι ἄνθρωπον ὄντα. οὐ καταγηράσκει τὸ ὠμὸν τοῦ θυμοῦ, εἰ μὴ ἐξέλθοι (Suid. Sch. V. ἐξέλθῃ) τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος· ἀδύνατον γάρ ἐστι ζῶντα (Suid. Sch. V. ἐστιν ὄντα) ἄνθρωπον μὴ θυμῷ χρήσασθαι. τοῦτο δὲ καὶ παροιμιακῶς λέγει (Suid. om. δέ, καὶ π. λέγεται. Sch. V. καὶ παροιμιωδῶς λέγεται) ὅτι ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει. λέγεται δὲ διὰ τοὺς πρεσβυτέρους· ὅσῳ γηράσκουσι, (Suid. οἵ, ὅσῳ γηρ. Sch. V. οἵ

γηράσκοντες) τὸν θυμὸν ἐῤῥωμενέστερον ἔχουσι. καὶ Ἀλκαῖος ὡς λέγομεν οὐ κατὰ κοινὸν αὐτοῦ μιμνήσκεται.

Ursinus p. 109. a vv. τοῦτο δὲ καὶ καὶ παροιμ. Quae sequuntur ap. Suid. et in Schol. Ven. (in his minore etiam distinctione a prioribus separata μιμνήσκεται, θυμὸς ὀργῆς·) θυμὸς ὀργῆς· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς ὀξὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ὀργὴ βραδυτέρα μὲν, μονιμωτέρα δέ. θυμὸν τοίνυν ὀργῆς τὴν ἐπίμονον ἐκάλεσε τιμωρίαν; quibus addunt schol. Ven. θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλίψιν ἐπιθυμίας τὴν πικρὰν τιμωρίαν καλεῖ· οὐ γὰρ φύσει, οὐδὲ προαιρέσει φησί. haec igitur, e diversis, ut videtur, scriptoribus excerpta, an ad Alcaeum referri possint, dubito. Ea tamen sola posuit in fragm. Alcaei Blomf. nr. LXXVI. a verbis καὶ Ἀλκαῖος, ὡς λεγ. usque ad ἐκάλ. τιμωρίαν. in eo etiam falsus, quod haec e Philopono in Aristot. de anima I. petita dicit. Qui si Kusteri notam accuratius inspexisset, vidisset, non ea, quae exscripsimus, sed quae ap. Suid. et in schol. Ven. proxime praecedunt, διαφέρει δὲ θυμὸς — — τοῦ ἐζωωμένου σώματος e Philopono hausta esse.

XLVI. Eustath. ad Il. p. 589, 52. = 705, 61. βληχρὸν, τὸ ἀσθενὲς, ὡς Ἀλκαῖος· Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.

Ursin. p. 105. Blomf. nr. LI. Sic etiam schol. Ven. ad Il. θ', 178. ἄλλως τε ἤδη αὐτὸ τὸ βληχρὸς σημαίνει ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μᾶλλον τὸ ἀσθενές. Ἀλκαῖος θ'. βλ. ἀ. ἀχ. πνοαί. Suid. v. βληχρόν, ἀσθενὲς παρὰ Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ, quae eadem habet Etym. M. p. 200, 15. cit. Schneidero ad Pind. fr. p. 53. De voce βληχρός vid. Valck. ad Theocr. Adon. p. 219. Contra Gramm. in Bekk. anecd. p. 322. ἀβληχρήν, ἀσθενῆ· βληχρὸν γὰρ τὸ ἰσχυρόν. Metrum esse videri idem, quod in fr. I. vidimus, monui in prol. de carm. Theocr. XXIX. adstipulante Herm. in elem. d. m. p. 457.

XLVII. Eustath. ad Il. ζ. p. 633, 60. Ἀλκαῖος οὖν ἐκ πλήρους ἔφη τὸ *κινήσας τὸν πήρας πυκινὸν λίθον*, κωμικευσάμενος ἐκεῖνος καὶ ἀντὶ τοῦ ἱερᾶς ὡς ἐν παρόδῳ γράψας τὸ *πήρας*. Idem ad Od. ά. p. 1397, 30. ὅθεν καὶ παροιμία κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, λίθον δηλαδή. — — — Ἀλκαῖος δέ φησιν ἐκ πλήρους· *νῦν δ' οὗτος ἐπικρέκει κινήσας τὸν πείρας πυκινὸν λίθον.*

Blomf. nr. LXXXI. qui tamen priorem tantum Eustathii locum attulit. Insunt signa haud ambigua metri Alcaici ⏑ - ⏑ - νῦν δ' | οὗτος ἐπικρέκει, et ⏑ - ⏑ - πή|ρας πυκινὸν λίθον; unde sic scribendum coniicias:

— — — — νῦν δ' οὗτος ἐπικρέκει
κινῶν τὸν ἐκ πήρας πυκινὸν λίθον.

XLVIII. Eustath. ad Od. φ'. p. 1901, 51. λέγει δέ, φασι, καὶ Ἀλκαῖος τὸ προφασίζεσθαι μύνεσθαι, οἷον *οὐδέ τι μυνάμενος ἄλλο τὸ νόημα*, ἕτεροι δὲ μύνην φασὶ τὴν πρόφασιν παρὰ τὸ μύειν τὸ στόμα.

Ursin. p. 106. Blomf. nr. LV. Valcken. ad Callim. eleg. fr. p. 227. „Quidquid etiam nobis narrent Grammatici, prorsus, me iudice, latet, cur praetextum Aeolice loquentes dixerint μύνην, et τὸ προφασίζεσθαι Alcaeus μύνεσθαι. Hom. Od. φ', 111. ἀλλ' ἄγε, μὴ μύνῃσι παρέλκετε, Schol. προφάσεσι, cuius seqq. supplet et corrigit Leunclav. in App. Xenoph. p. 1078. — — Ex veteribus Eustath. p. 748, 44. λέγει δέ, φασι, καὶ Ἀλκαῖος τὸ προφασίζεσθαι μύνεσθαι, οἷον οὐδέ τι μυνάμενος ἄλλο νόημα. Ubi haec praebet Ursinus Alcaei, velut Didymi quaedam profert, quae nostris in edd. schol. non reperiuntur.“ Reperiuntur vero ad v. 71. *ἐπισχεσίην.* νῦν σημαίνει πρόφασιν· ἐπιμονῆς γὰρ χρεία τῷ προφασιζομένῳ εἰς τὸ ψεύδεσθαι καὶ τὸ μὴ ἀληθεύειν. καὶ Ἀλκαῖος· *οὐδέ τι μεινάμενος ἀλλὰ τὸ νόημα*, ἀντὶ τοῦ προφασιζόμενος, ἀλλαχοῦ ἀποτρέπων τὸ ἑαυτοῦ νόημα. Verba οὐδὲ μυνάμενος non nominato auctore profert Etym. M.

p. 594, 54. De hoc verbo cf. Apollon. lex. Hom. p. 465. Toll. Hesych. v. μύνῃσι. Interpr. ad eumdem v. μῦσαι. Zonaras p. 1377, et 1379. Qui μίνη pro μονή dictum volunt, refelluntur productione vocalis υ. Luzac Praef. ad Callim. el. ed. Valck. p. XIV. Valckenaerium reprehendens, quod in analogiam l. gr. ab Hemsterhusio traditam acrem vim ingenii adhibere non perrexisset, haec dicit: „μύω *premo, premendo claudo et occulto* cum significet, μύνω forma producta a μύω, notat *alterum claudo, occulto, celo;* μύνομαι *me ipsum occulto, mentem meam celo,* vera animi sensa sub praetextu abscondo, quaesitam causam voluntati meae praetexo, προφασίζομαι." Contorta vero ratio! ad quam saepius quam par est, confugere coguntur, qui omnia ex analogiae illius praeceptis explicare conantur; quae causa fortasse impulit Valck. ut, quae iuvenis avide arripuisset, postea, quum vir factus et tota antiquitate diligenter perlustrata, quam nihil fere in ea praesidii esset, intellexisset, somnia illa interpretanda Scheidiis aliisque relinqueret. Obstat illi interpretationi, quod in loco Alcaei μυνάμενος cum accusativo construitur, quod confirmat schol. Hom. ἀλλαχοῦ ἀποτρέπων τὸ ἑαυτοῦ νόημα. Cum hoc congruit, quod ex Arcadio Gramm. inedito citat Alberti ad Hesych. v. μύνῃσι· Μύνη, ἡ τροπή. An igitur, ut pro ἀβληχρὸς βληχρός, sic pro ἀμύνω dictum est μύνω, ut μύνεσθαι proprie esset a se removere l. avertere, deinde omnino ἀποτρέπειν? Sed recte Blomf. μυνάμενος aeolice dici pro μυνώμενος videtur: a μύνη enim fit μυνάω. Tum pro ἀλλά schol. vel ἄλλο Eust. scribendum esse ἄλλᾳ, e schol. interpretatione ἀλλαχοῦ apparet. Totus versus igitur sic scribendus est:

οὐδέ τι μυνάμενος ἄλλᾳ τὸ νόημα

– ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | ⏑

